

ARTICULUS II.

QUAE REQUIRATUR DISPOSITIO CORPORIS.

271. *An pollutio et actus conjugalis impediunt a communione.* — 272. *Qu. 1. Quid, si pollutio fuerit voluntaria; et quid, si involuntaria.* — 273. *Qu. 2. An semper sit veniale accedere ad Eucharistiam post copulam conjugalem.* — 274. *Qu. 3. An conjux reddens debitum teneatur ea die abstinere a communione.* — 275. *An macula externa, ut lepra, etc., impediatur a communione, et an a celebratione. An menstrua. An latio armorum.* — 276. *An sacerdos communicans extra Missam debeat esse stola indutus.* — 277. *De jejunio naturali ad communionem praerequisito (Vide resolutiones apud Busenbaum).* — 278. *Praenot. 1. hoc non esse de praecerto divino. Praenot. 2. non dari in ea parvitate materiae. Praenot. 3. tria requiri ad solvendum hoc jejunium, ex tribus regulis, videlicet:* — 279. *Regula I. Ut res sumatur ab extrinseco.* — Dub. 1. *An frangat jejunium voluntaria trajectio reliquiarum cibi.* — Dub. 2. *An guttulae aquae commixtae cum saliva, aut juscui degustati. An saccharum ante medium noctem in ore immissum. An aqua hausta a lapso in flumen. An sanguinis haustus e digito. Quid, si defluat e capite.* — 280. *Regula II. Ut res sumatur ad modum comedionis aut potationis.* — Dub. 1. *An frangat jejunium pulvis tabaci sumptus per nares.* — Dub. 2. *An fumus tabaci.* — Dub. 3. *An tabaci folia, vel aromata dentibus contrita.* — 281. *Regula III. Ut sumatur res habens rationem cibi aut potus.* — *Hinc quaeritur an solvat jejunium comedio capillorum, lanae, ligni, chartae, lapillorum, creiae, et similium.* — 282. *An liceat sequi ultimum inter horologia. Et quid, si quis deglutiat cibum post primum ictum.* — *An in dubio soluti jejunii liceat communicare (Vide hic, et Lib. I, n. 39).* — 283. *An sit peccatum, sumere cibum, vel expuere statim post communionem.* — 284. *In quibus casibus possit quis communicare non jejunus.* — 285. *An liceat iterum dare viaticum infirmo non jejunio.* Dub. 1. *Quanto tempore una communio debeat ab alia distare.* Dub. 2. *An qui communicaverit paucis ante diebus ex devotione, teneatur, adveniente periculo mortis, sumere viaticum.* Dub. 3. *An, qui mane communionem reperit.* Dub. 4. *An sacerdos possit aliquando omittere verba. Accipe viaticum, etc.* — 286. *An sacerdos possit celebrare non jejunus, ad dandum alteri viaticum. An, ad dandum sibi ipsi.* — 287. *An liceat communicare post cibum, ne Eucharistia pereat aut male tractetur.* — *An, ad vitandum scandalum.* — 288. *An, ad perficiendum sacrificium vel communionem.* — 289. *An, ad vitandam mortem.* — *An liceat communicare ante somnum vel digestionem.*

Corporal
lis macula
per se non
impedit
communio-
nem.

Pollutio.

271. — *Resp. 1º. Nulla corporis macula per se impedit susceptionem Eucharistiae; cum parum faciat ad bonitatem vel malitiam moralem. Potest tamen aliquando per accidens impedire, propter effectus secutos.* — Ita communiter.

Unde resolvet:

- « 1º. Non impedit pollutio involuntaria, immo nec voluntaria per poenitentiam expiata: — nisi effectum malignum,

¹ Disputat. 4, de Eucharistia, quaest. 6, punct. 2,

« v. gr. turpem recordationem ac deletionem, vel distractionem et perturbationem animi relinquat: eo enim casu (uti et semper post culpabilem) praestat, ac secundum sententiam communem sub veniali debet differri: nisi aliud suadeat justa aliqua causa, v. gr. magnus fructus festivitatis, regula ordinis; vel si a daemone excitata putetur, ad communonis frequentiam impediendam. — Sanchez ^{a)}, Bonacina ¹, card. de Lugo ^{b)}.

num. 3 et 4.

271. — *a) Sanchez, de Matr., lib. 9, disp. 13, loquitur de copula conjugali; sed n. 15, videtur eadem intendere de simplici pollutione, scribens: « Existimo certam moram praescribi minime posse. Quia cum mentis evagatio et hebetudo ex pollutione aut ex copula consurgens, impedimenti illius Eucharistiae susceptienciae causa sit, alii autem tardius alii citius, ea expulsa sese colligant, ad pristinam-*

que mentis tranquillitatem redeant, ea potius regula statuenda est, ut quandiu mentis illa evagatio perseverat, duret impedimentum et indecentia, cessanteque illa, cesseret... Credo tamen nunquam transacto 24 horarum spatio, immo si nocte praecedenti non habita sit copula, hac ratione abstinentum esse ab Eucharistia». In reliquis vero concordat.

*b) Lugo, de Euch., disp. 15, n. 10, de iis*Actus con-
jugalis.

- « 2º. Neque actus conjugalis impedit: etsi decens et consilii sit, abstinuisse saltem nocte proxime antecedente, si raro communicet. Ita Filiuccius ^{c)} et Sanchez ¹, Escobar ^{d)}. Intellige, si debitum petitum ex necessitate reddidit, nec ullam inde animi perturbationem aut affectum ad res veneras patitur. — Si vero voluptatis causa fecisset, eo die abstinentum esse (praesertim si malus effectus subsecutus fuisset) docet Reginaldus ², Laymann ³, Martinus Perez ⁴, addens esse tantum veniale; immo indecentiam justa causa posse resarciri. [Vide dicenda hic n. 273, et de Matr., n. 922].

« 3º. Similiter, etsi decens et consilii sit, sumpta communione, abstinere eo die a copula; licita nihilominus est ex bono fine, v. gr. ex amore prolis, ad evitandum incontinentiae periculum, vel ad debitum reddendum. — Tamburinius ⁵ ex Sanchez ⁶ et Marchino.

272. — Quaeritur 1º. *An pollutio semper impediatur a communione?*

Hic distinguendum inter pollutionem voluntariam et involuntariam.

¹ De Matr., lib. 9, disp. 13. — ² Lib. 29, n. 117. — ³ Lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 15, v. Dicendum 2º. — ⁴ Disp. 49, sect. 3, n. 10. — ⁵ Method. expedit. Commun., cap. 3, n. 8. — ⁶ De Matr., lib. 9, disp. 13, n. 17. — ⁷ Marchin., de Ordine, tr. 3, part. 3, cap. 2, num. 16 et 17. — ⁸ Navar., Man., cap. 21, n. 50 (edit. Venet. 1573). — Leander, de Euch., disp. 6, qu. 2. — ⁹ Disp. 15, sect. 1, num. 1. — ¹⁰ Navar., loc. cit., num. 51 (edit. Antwerp. 1579; Rom. 1590). — ¹¹ De Euch., cap. 5, art. 2, § 2, n. 11. — ¹² De Euch., dissert. 1, cap. 11, § 3, n. 18. — ¹³ Asor, part. 1, lib. 10, cap. 31, quaer. 14. — ¹⁴ Coninck, qu. 80, art. 7, n. 42. — ¹⁵ Disp. 15, sect. 1, n. 4. — ¹⁶ Loc. cit., n. 18. — ¹⁷ Disp. 4, de Euch., qu. 6, punct. 2, n. 3. — ¹⁸ De Euch., qu. 4, art. 8, n. 3. — ¹⁹ In 4, dist. 9, qu. 1, art. 4, solut. 2, ad 2. — ²⁰ D. Gregor., Epist. lib. 11, epist. 64, ad interrog. Augustini, ad 11; cfr. Migne, Patrol. lat., tom. 77, col. 1199.

Quid de
voluntaria
pollutione.

qui voluntarie sese polluerunt, regulariter veniale esse asserit si accedant ad communionem, « nisi forte ratio specialis dicet esse accedendum ». Iis vero qui sine culpa propria, saltem gravi, pollutionem passi sunt, afficiuntur tamen ejusmodi voluptate, et manent in eis vel memoria vel delectatio sensibilis, quae mentem a spiritualibus avocat, regulariter non peccabunt venialiter accedendo; saepe tamen laudabilius illa die abstinebunt, saepe laudabilius accedent. Et causas assignat.

c) Filiuccius, tr. 4, cap. 8, n. 231, ita sane docet; si tamen cum bona intentione reddendo tantum debitum..., tunc liberum est facere quod quis velit. — ²¹ Escobar, tr. 7, exam. 6, n. 83, (edit. Luggdun. s. d.; al. n. 62, post init.), quaerit utrum sit veniale ad Eucharistiam accedere ipso die habitae copulae a conjugatis; et respondet: « Suadendum illis quidem ut tunc a copula

esse dicunt, « quamdiu effectum malignum reliquerit, v. g. turpem recordationem vel communionem carnis, evagationem mentis et animi perturbationem... ».

²² Salmant., tr. 4, cap. 7, n. 59, veniale esse dicunt, « quamdiu effectum malignum reliquerit, v. g. turpem recordationem vel communionem carnis, evagationem mentis et animi perturbationem... ».

sacro mysterio ea die abstinere oportet. — Hoc tamen intelligendum, ut dicunt Salmant.¹, Viva²; et Bonacina³ cum Henriquez, Granado, Reginaldo, Ledesma, Nuñez et aliis passim, nisi scandalum vel alia justa causa exigat communionem, prouti prudenti confessario videbitur; ut dicitur in rubrica missalis⁴.

Hic autem notanda est prop. 22 damnata ab Alexandro VIII, quae dicebat: *Sacrilegi sunt judicandi, qui jus ad communionem praetendunt, antequam condignam de delictis suis poenitentiam egerint.* — Hoc tamen non obstante, bene poterit confessarius, si expedire judicabit, magno peccatori aliquando susceptionem Eucharistiae differre, sicut etiam disposito potest quandoque differre absolutionem, ut constantiam ejus experiatur, vel ad horrorem incutiendum adversus aliquod enorme peccatum; ut recte ajunt Viva⁵, Roncaglia⁶; et Holzmann⁷ cum Michel et aliis. — Immo addit Roncaglia⁷ bonum esse suadere tali peccatori, ut antequam ad communionem accedat, curet operibus delere reatum poenae; sed hoc esse tantum consilii (juxta dicta⁸) *de Poenit.*, n. 599.

¹ Tr. 4, cap. 7, n. 59. — ² De Euchar., qu. 4, art. 8, n. 3. — ³ Disp. 4, de Euch., qu. 6, punct. 2, n. 3. — ⁴ Henrig., lib. 8, cap. 51, num. 3. — ⁵ Granad. (non citatus a Bonac.), in 3 P., controv. 6, de Euch., tr. 10, disp. 9, n. 10. — ⁶ Regin., lib. 29, num. 115. — ⁷ Petrus de Ledesm., Summ., de Euch., cap. 13, concil. 3. — ⁸ Nuñez, qu. 80, art. 7, diff. 2, v. *Tertia sententia*. — ⁹ In propos. 22 Alex. VIII, n. 7. — ¹⁰ De Euch., cap. 5, reg. in praxi, n. 2. — ¹¹ De Praec. Eccles., n. 81, v. *Immo etiam Mich.*, de Euch., part. 2, § 6, sect. 2, n. 2. — ¹² Loc. cit. — ¹³ In 4, dist. 9, qu. 1, art. 4, solut. 2, corp. — ¹⁴ Lib. 6, tr. 4, cap. 6, n. 14. — ¹⁵ S. Bonav., in

Si vero pollutio fuerit *involuntaria*, dicit D. Thomas⁸ quod si illa frequenter accidat ex operatione daemonum, non impedit a communione. — Secus, si proveniat ex alia causa, adhuc sine ulla culpa. Tunc enim ait hominem teneri sub veniali a communione abstinere propter decentiam; tum ratione foeditatis a corpore contractae, tum ratione perturbationis quae pollutionem consequitur⁹.

Alii vero communiter et rectius dicunt quod si pollutio habita nullam perturbationem relinquit, ea minime a communione impedit¹⁰, sola enim corporalis macula non obligat ad abstinentiam ab Eucharistia. Ita Laymann⁹ cum S. Bonaventura, Gersonio, Gabriele, Victoria¹¹, Navarro et Vasquez; ac Suarez¹² cum Soto, Alensi, Paludano, Adriano, Majore¹³, etc.; et Salmant.¹⁴ Ratio, quia externa macula, cum jam sit praeterita, ad moralem honestatem non pertinet. — Et hoc, etiamsi pollutio proveniat a causa venialiter culpabili. Tunc enim tantum ex consilio abstinere hortantur Sanchez¹⁵ cum Covarruvias, etc.; Palaus¹⁶ cum Vasquez; et Salmant.¹⁷ cum Suarez¹⁸, Coninck¹⁹, Henriquez²⁰ et Filiuccio. — Idque pro-

dist. 12, part. 2, art. 2, qu. 3. — ¹⁶ Gerson., de Praepar. ad Missam, concil. 7. — ¹⁷ Gabr. Biel, in canon. Miss., lect. 10. — ¹⁸ Navar., Man., cap. 21, num. 51, (in posterior. edit.). — ¹⁹ Vasq., disp. 210, n. 19. — ²⁰ Disp. 68, sect. 2, v. *Dico* 1^o. — ²¹ Sotus, in 4, dist. 12, qu. 1, art. 7, concl. 1 et 2. — ²² Alens., part. 4, qu. 11, membr. 2, art. 2, § 3. — ²³ Palud., in 4, dist. 9, qu. 3, art. 1, concl. 2 (n. 11 et 12). — ²⁴ Adriano., in 4, de Euch., qu. 6, v. *Restat jam*. — ²⁵ Tr. 4, cap. 7, num. 62. — ²⁶ De Matr., lib. 9, disp. 18, n. 3. — ²⁷ Covar., in clem. *S. furiosus*, part. 8, init., num. 7. — ²⁸ Tr. 21, punct. 18, n. 2. — ²⁹ Vasq., disp. 210, n. 24 et 25. — ³⁰ Fill., tr. 4, cap. 8, n. 229 et 230.

²¹ Rubrica missalis, *tit. de Defect.*, IX, 5, abstinentiam esse statuit, « nisi aliud confessario videatur ».

²² Locus citatus de *Poenitentia* non est ad rem.

²³ Monet tamen S. Thomas: « Et quia non ita de facili potest percipi ex qua causa contingat, ideo tutius esse semper abstinere, nisi necessitas incumbat ».

²⁴ Negant impedire *ex necessitate* Laym., Suar., Sotus, Alensi, Adrian.; et insinuat idipsum Paludanus.

²⁵ Victoria, *Summ.*, de Euch., n. 81, negat impedire, etiamsi pravum effectum reliquerit. — Idem significat Major, in 4, dist. 9, qu. 2, v. His premissis, concl. 6.

²⁶ Salmant., loc. cit., n. 60, negant esse peccatum, si pollutio illa nullum effectum re-

liquerit, vel si homo negligens non fuerit in eo repellendo, et ibi citant autores. Addunt tamen ipsi Salmant.: Oportebit tamen poenitentia deleri culpam illam pollutionis veniale, ut ita macula illa prorsus extergatur, quamvis id non sit praeceptum ». — Suarez vero, loc. cit., v. *Ex hac enim*, tractans de pollutione quae habita est « seclusa culpa mortali », si reliquerit magnam divagationem, « consultius erit, inquit, abstinere »; si autem nullum effectum relinquat, non est cur abstineat.

²⁷ Coninck, qu. 80, art. 7, n. 41, negat pollutionem venialem impedire ex necessitate; « sed tamen ex quadam decentia abstinentiam esse a communione; et esse quandoque peccatum veniale tunc communicare ».

²⁸ Henriquez, lib. 8, cap. 51, n. 3, i. f.: « Nul-

batur 1) ex D. Gregorio in cit. can. *Testamentum*, ubi Pontifex ait quod si pollutio provenit ex superfluitate cibi vel potus, haec a perceptione sacri mysterii prohibere non debet²⁹, sed (homo) ab immolatione sacri mysterii abstinere, ut arbitror, humiliter debet. Ubi Glossa¹ dicit: *Ergo est consilium; bene enim potest celebrare si vult.* Probatur 2) ex rubrica missalis², ubi sic praescribitur: *Si dubium est an in praecedenti cogitatione fuerit peccatum mortale, consultetur abstinentiam, extra tamen casus necessitatis. Si autem certum est non fuisse in illa cogitatione peccatum mortale, vel nullam fuisse cogitationem, sed evenisse ex naturali causa aut ex diabolica illusione, potest communicare et celebrare: nisi ex illa corporis commotione, tanta evenerit perturbatio mentis, ut abstinentiam videatur.*

Omnis autem DD. convenient, esse veniale accedere ad Eucharistiam cum praedicta perturbatione, orta ex delectatione habita, vel ex turpi imaginatione pollutionem concomitante; saltem usquedum perdurat mentis evagatio: nisi homo conetur eam repellere, faciens quantum in se est ut devote accedat; ut dicunt Salmant.³⁰, Palaus³¹, Holzmann³², Laymann³³, Suarez³⁴, ubi affert S. Justinum

²⁹ Ad v. *Humiliter*. — ³⁰ Tit. de Defectib., IX, 5. — ³¹ Tr. 4, cap. 7, n. 60. — ³² Tr. 21, punct. 13, n. 2. — ³³ De Praec. Eccles., n. 81, v. *Dixi*. — ³⁴ Lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 15. — ³⁵ In 4, dist. 9, qu. 1, art. 4, solut. 2, corp. — ³⁶ S. Hieron., Serm. de esu Agni, inter opera supposititia S. Hieronymi;

lum tamen videtur peccatum, inquit, si quis communicet post pollutionem inculpatam aut veniale.

³⁷ « Si tamen dormientem turpi imaginatione illusio non concusserit », ut addit idem textus.

³⁸ Suarez, disp. 68, sect. 2, v. *Ex hac*, dicit esse veniale; et revera citat textum alatum S. Justini, qu. 21, ad orthodoxos. Hoc tamen opus inter S. Justini spuria opera recensetur. Cfr. Migne, Patr. graeco-lat., tom. 6, col. 1241 et seqq.

³⁹ Sanchez, de Matr., lib. 9, disp. 13, n. 15, dicit impedimentum tantum durare donec perseveret mentis evagatio; et ibi citat autores. Et sane Gersonius, loc. cit., ita tenet; Gabriel Biel pariter, loc. cit., post propos. 4, v. *Tertium ostenditur*, veniale esse atque diu durat ille effectus; et Major, loc. cit., qu. 2, v. *Hactenus*: « Non celebret », inquit.

dicentem: *Non est aequum propter hanc involuntariam passionem abstinere a mysteriis*; et Sanchez³⁵ cum Gersonio³⁶; Gabriele³⁷ et Majore³⁸. — Vel nisi aliqua justa causa necessitatis aut devotionis aliud expostulet; ut dicunt praefati autores, et docet idem D. Thomas³⁹, dicens: *Si necessitas immineat vel devotio exposcat, talis non impeditur.*

273. - Quaeritur 2º. An copula conjugalis impedit ab Eucharistia?

Alii absolute putant non excusari a culpa veniali conjugem copulam habentem die communionis. Ita Alensis⁴⁰, Sotus⁴¹, Sà⁴², etc., apud Sanchez⁴³.

Idque inferunt ex can. *Sciatis, caus.* 33, qu. 4, ubi S. Hieronymus scripsit: *Quicumque uxori debitum reddit..., nec de carnibus Agni comedere debet.* — E converso, alii nullam in hoc culpam agnoscent; ut Navarrus⁴⁴ et Philiarchus⁴⁵, apud Sanchez⁴⁶, dicentes tantum esse de honestate ut a communione abstineat.

Sed dicendum cum communi doctorum, esse veniale accedere ad communionem eodem die quo habita est copula *causa voluntatis*; quia id excusari non potest ab aliqua indecentia. Ita S. Thomas⁴⁷, [Contin.] Tournely⁴⁸, Salmant.⁴⁹; et Sanchez⁵⁰ cum S. Bonaventura⁵¹, S. Anto-

cfr. Migne, Patr. lat., tom. 30, col. 224. Habetur etiam inter supposititia S. Augustini; vide Migne, tom. 40, col. 1201 et seqq. — ³⁵ P., qu. 80, art. 7, ad 2. — ³⁶ De Euch., part. 1, cap. 6, art. 2, sect. 2, concl. 3. — ³⁷ Tr. 9, de Matr., cap. 15, n. 59. — ³⁸ De Matr., lib. 9, disp. 13, n. 7.

273. - a) Sanchez, de Matr., lib. 9, disp. 13, n. 2, citat ad hanc sententiam autores qui loquuntur de conjugi *petente* debitum; et ita tenet Alensis, loc. cit., § 3, qu. 3; Sotus, in 4, dist. 32, art. 3, post 2 concl., v. *Unum tamen hoc*; Sà, v. *Debitum conjugale*, n. 19.

⁴⁰ Sanchez, de Matr., lib. 9, disp. 13, n. 2, citat ad hanc sententiam autores qui loquuntur de conjugi *petente* debitum; et ita tenet Alensis, loc. cit., § 3, qu. 3; Sotus, in 4, dist. 32, art. 3, post 2 concl., v. *Unum tamen hoc*; Sà, v. *Debitum conjugale*, n. 19.

⁴¹ Navarrus, Man., cap. 21, n. 51, i. f.; Philiarchus, tom. 1, part. 2, lib. 3, cap. 27 (ult.), i. f., dicunt ejusmodi conjuges impediri a communione ex honestate tantum; vel si peccant, peccant dumtaxat venialiter. Et ita etiam a Sanchez loc. cit., num. 3, citantur.

⁴² S. Bonaventura, in 4, dist. 12, part. 2, art. 2, qu. 3, ad 2, sententiam hanc perspicue innuit, scribens: « Si autem solum redendo debitum, non credo quod debeat retrahi

Quid de copula conjugali.

Copula habita causa voluntatis.

nino, Suarez, Silvestro, Ledesma ^{a)}, Lopez et aliis pluribus. Et probatur ex can. *Vir cum propria 7, causa 33, quaest. 4*, ubi D. Gregorius ait: *Cum vero non amor procreandae sobolis, sed voluptas dominatur in opere commixtionis, habent conjuges etiam de sua commixtione quod defleant*. Recte autem dicunt Sanchez ¹, Antoine ², et Salmant. ³ cum aliis, quod a praedicta indecentia excusare valet quaevis honesta causa: puta solemnitas occurrentis, scandalum vitandum, periculum notae, jubilaeum sive indulgentia lucrandam, specialis devotio, etc.

Copula
habita sinc
peccato.

Si vero copula fiat *sine peccato*, puta primo causa generandae prolis, tunc certum est apud omnes quod, licet congruum sit abstinere illa die a communione (ut docet D. Thomas ⁴); hoc tamen est tantum consilii sine obligatione. — Ita Lugo ⁵, Sanchez ⁶, Salmant. ⁶, Concina ⁷; Petrocorensis ⁸ cum Glossa ⁹ in dict. can. *Sciatis*, et Glossa in can. *Omnis, de consecr., dist. 2*, et alii communiter; ex D. Gregorio, qui in cit. can. *Vir cum propria*, sic scripsit ad Augustinum: *Si quis... sua*

S. Anton., part. 3, tit. 13, cap. 6, § 12. · Suar., disp. 68, sect. 2, v. f. - Silvest., v. Eucharistia III, n. 13, qu. 11. - Ludov. Lopez, Instruct. nov., part. 2, de Euch., cap. 76, v. Porro quoniam. - S. Gregor., epistol. lib. 11, epist. 64, ad interrog. Augustini Anglorum episcopi, ad 10, v. f. - ⁸ In 4, dist. 32, qu. 1, art. 1, ad 1. - ⁹ De Matr., lib. 9, disp. 13, n. 11. - ¹⁰ Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 7, v. f.

[a communione] nisi de congruo, vel etiam causa prolis».

^{a)} Martinus de Ledesma, in *1^a 4ⁱ, qu. 21, art. 7, post dub. 3*, v. *Sed an concubitus*, scribit solum: «Debet illa die abstinere». — Idemque dicit S. Thomas: «Prohiberi debet ne accedat ad sacramentum».

^{b)} Lugo, *disp. 15, n. 14*: «Aliquando.... erit culpa venialis, inquit, accedere eadem die; aliquando, minor reverentia absque peccato.... Aliquando tamen accedendum erit eodem die, vel propter notam aut alias causam similem: et quidem minor causa requiritur quando copula non fuit ex voluptatis appetitu, sed ex desiderio prolis».

^{c)} Petrocorensis, *de Euch., cap. 7, qu. 8, resp. 2*, magnae congruentiae esse ait, ut conjugati ab usu matrimonii abstineant eo die quo communicaturi sunt, et addit: «Hanc tamen regulam consilii et directionis, non praecepti fuisse interpretatur Glossa supra citatum caput *Omnis homo*. Supra tamen caput *Sciatis*, jam citatum, dicit quod peccat qui petit, non qui reddit». Et citans can. *Sciatis*, ubi dicitur quod si causa voluptatis pe-

*conjugi, non cupidine voluptatis captus, sed solummodo liberorum creandorum gratia utitur, ipse profecto... de sumendo Corporis Dominici... mysterio, suo est relinquendus iudicio; quia a nobis prohiberi non debet accipere: ubi Glossa explicat ibi rō prohiberi, id est dissuaderi. — Ratio autem hujus communis sententiae est, quia finis procreationis, cum sit omnino honestus et a Deo volitus, satis reparat quandam illam indecentiam quae adest in communicando post copulam. — Nec obstat textus in cit. can. *Sciatis*; nam respondet D. Thomas ⁸ ex Magistro Sententiarium, ibi sermonem fieri tantum de Ecclesiae ministris conjugatis, quales sunt Graeci, quibus interdicitur celebrare die qua accedunt ad uxores.*

274. — Quaeritur 3^o. An conjux reddens debitum teneatur illa die a communione abstinere?

Affirmant Cajetanus ^{a)}, Ledesma ^{b)}, Manuel ^{b)}, etc., apud Sanchez ⁹. — Quia (ut ajunt) adhuc redditio relinquit mentis hebetationem.

Sed communiter S. Antoninus ¹⁰; et

disp. 13, n. 8. - ^a De Euch., cap. 2, qu. 3, resp. 4. - ^b Tr. 4, cap. 7, n. 63. - ³ P., qu. 80, art. 7, ad 2. - ⁵ Loc. cit., n. 4 et 5. - ⁶ Loc. cit., n. 63. - ⁷ De Euch., cap. 11, § 3, n. 21. - S. Gregor., ad interrog. Augustini, ad 10, v. f. - ⁸ In 4, dist. 32, qu. 1, art. 1, ad 1. - ⁹ De Matr., lib. 9, disp. 13, n. 11. - ¹⁰ Part. 3, tit. 1, cap. 20, § 7, v. f.

tierunt, «habent conjuges etiam de sua commixtione quod defleant», addit Petrocor.: «Et in hoc casu a communione abstinendum esse indicat». — Glossa tamen in can. *Sciatis*, ad v. *Non potest*, expresse ait: «Propter reverentiam sacramenti; vel intellige cum causa saturandae libidinis commisetur ei, vel consilium est alias, cum ex necessitate tenetur reddere». In can. *Omnis homo*, ubi statuitur abstinendum esse eo die ab uxore, Glossa addit: «Quantum in se est ut non exigat; exactus tamen reddere debet quolibet tempore...; non enim est praeceptum quod hic continetur».

274. — a) Cajetanus a Sanchez citatur, quasi videatur ita sentire, *Sum., v. Matrim. usus, cap. ult., § Primus est, i. f.* At pace tanti viri, Cajetanus, *loc. cit.*, haec tantum habet: «Nisi ergo rationabile impedimentum adsit, peccat mortaliter negans debitum, etiam si dies Paschae fuerit, in quo debeant communicare».

b) Martinus de Ledesma, *2^a 4ⁱ, qu. 66, art. 1, v. Dubitabis tamen*; Manuel Rodriguez, *Sum., part. 1, cap. 65, n. 2*, veniale esse ajunt ad communionem accedere post

*Reddens
debitum
non tenetur
a communione
abstinentiae.*

idem Sanchez ¹ cum D. Thoma, D. Bonaventura, Alberto Magno, Cartusiano, Suarez, Soto, Paludano, Silvestro, Turrecremata et aliis pluribus, docent abstinentiam tunc esse meri consilii, non autem obligationis; quia bonum justitiae satisfaciendi debito bene evagationem illum compensat et honestat. — De hoc autem puncto loquens, S. Franciscus Salesius ² inquit, conjugem qui debitum exigit, indecenter quidem ad communionem accedere, non vero arcendum esse qui reddit; dicens quod in veteri lege vetabatur ne diebus festis debita exigerentur, non autem ut solverentur. Et huic congruit id quod scripsit D. Augustinus ³: *Etsi non exigis, rede: pro sanctificatione perfecta Deus tibi computabit, si non quod debet exigis, sed reddit quod debetur uxori.* — Ratio, quia cum redditio debiti sit actus virtutis, non est cur hominem a communione impedit.

Et idem procedere censem Sanchez ⁴ cum Gersonio et Majore, si copula sit ad incontinentiam vitandam ⁵; quia amor continentiae, et non voluptatis, causam satis cohonestantem praebet. — Recteque hic advertunt Salmant. ⁵, et Sanchez ⁶ cum

¹ De Matr., lib. 9, disp. 13, num. 12. - ² D. Thom., 3 P., qu. 80, art. 7, ad 2. - ³ D. Bonav., in 4, dist. 12, part. 2, art. 2, qu. 3, ad 2. - ⁴ Albert. Magn., in 4, dist. 32, art. 12, ad 1. - ⁵ Dionys. Cartusian., in 4, dist. 32, qu. unica, i. f. - ⁶ Suar., disp. 68, sect. 2, v. f. - ⁷ Sotus, in 4, dist. 12, qu. 1, art. 7, v. f. - ⁸ Palud., in 4, dist. 9, qu. 3, art. 2, concl. 2 (num. 14). - ⁹ Silvest., v. Eucharistia III, n. 13, qu. 11. - ¹⁰ Turrecr., in can. *Quia vero*, dist. 6, ad primum, ad 2 argum. - ¹¹ Introd. ad vitam devot., part. 2, cap. 20. -

copulam maritalem; nec distinguunt inter petitionem et redditionem debiti. — Rodriguez tamen contrarium docet in alio loco, scilicet *cap. 241, n. 18*, ubi dicit ex congruentia abstinentium esse a communione post copulam maritalem.

c) Sanchez loquitur de petitione debiti, sicut et Major; Gersonius autem in universum loquitur, negans peccare si ad communionem conjuges accedant, «quando... incontinentiae vitandae causa commixti sunt, nec obstaculum aliud est».

d) Sanchez, *de Matr., lib. 9, disp. 13, n. 9*, affert Lopez, qui ex Soto dicit *debere* conjugem, antequam reddat, petitionem honestis ac moderatis precibus et excusationibus repellere; quod revera Sotus habet in 4, dist. 32, art. 3, v. *Unum tamen hoc*. Sed ipse Sanchez addit: «Non tamen existimo ad id teneri; immo aliquando non erit sanum consilium,

Cajetano, Suarez, Soto, Alensi, Paludano, etc., quod conjux, ratione Eucharistiae suscipienda, minime eximitur ab obligatione reddendi debitum. Tantum poterit, ut ait Sanchez ¹ cum Soto ², honestis precibus resistere, non autem importunitus.

Quid autem confessarius respondere debeat si interrogetur a conjugi an reddere teneatur debitum die communionis?

Sapienter Laymann ³, Sanchez ⁴ et Suarez ⁵ docent respondendum quod si conjux frequenter communicare solet, v. gr. omnibus festis, eum obligari ad reddendum: ne periculo exponatur peccandi contra justitiam vel caritatem. — Si vero non frequenter communicet, sed tantum in praecipuis festivitatibus; tunc illi suadeat ut roget alterum conjugem abstinere in honorem communionis. Modo non incurrat in illius indignationem; tunc enim, si rogatio non proficit, poterit communicare: nisi patiatur ex redditione insolitam distractionem, nec conetur, ut dividimus, eam repellere.

Die autem qua conjux jam communicavit, debitum reddere nullam esse culpam dicunt Alexander de Nevo ⁶ et An-

*Reddere
debitum
post com-
munionem,
licitum.*

⁸ In psalm. 149, num. 15. — ⁴ De Matr., lib. 9, disp. 13, n. 6. - ⁵ Gerson., de Praeparat. ad Miss., consider. 8, v. f. - ⁶ Major, in 4, dist. 32, qu. 1, v. *Contra tertiam... Tertio agnitorum*. - ⁷ Tr. 4, cap. 7, n. 64. - ⁸ Loc. cit., num. 9. - ⁹ Cajetan., Sum., v. Matrim. usus, § Primus est, i. f. - ¹⁰ Suar., loc. cit. - ¹¹ Petr. de Soto, de Matr., lect. 16, § Sequuntur circumstantiae, i. f. - ¹² Alens., part. 4, qu. 11, membr. 2, art. 2, § 3, qu. 8, v. *Ad illud*. - ¹³ Palud., loc. cit., concl. 3, n. (14th).

quod circumstantiae occurrentes docebunt quando expediat necne».

^{a)} Auctores isti non loquuntur de confessario; sed Laymann dicit, *lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 14*, mulierem quae frequenter communicat, peccare mortaliter si marito serio et constanter petenti neget, «teste Sanchez, *lib. 9, disp. 2, n. 16*, juncta *disp. 13, n. 9*»; et revera Sanchez, *disp. 2, n. 16*, scribit: «Si conjugi se excusante, quando causa non excusat prorsus a redditione debiti..., alter conjux valde instaret petens, esset mortale non redire».

^{b)} Sanchez, *de Matr., lib. 9, disp. 13, n. 9*, affert Lopez, qui ex Soto dicit *debere* conjugem, antequam reddat, petitionem honestis ac moderatis precibus et excusationibus repellere; quod revera Sotus habet in 4, dist. 32, art. 3, v. *Unum tamen hoc*. Sed ipse Sanchez addit: «Non tamen existimo ad id teneri; immo aliquando non erit sanum consilium,

^{c)} Alexander de Nevo, *Rubr. de Spons.*,

*Communio
recipienda
non excusat
a reddendo
debito.*

tonius, apud Sanchez¹. — Petere vero censem esse veniale ibid., S. Antoninus, Silvester, Paludanus, Turrecremata, Angelus, etc. Sed Navarrus²; et Sanchez cum Victoria ac Tabiena dicunt abstinentiam a petendo esse tantum consilii, non obligationis³.

275. — Pertinet etiam quodammodo ad dispositionem corporis accedere ad Eucharistiam corpore mundo, sine aliqua macula notabili, quae sit externa et debilis: nam si esset occulta, non obest, neque si esset perpetua, ut lepra, fistula et similis; prout dicunt communiter Suarez⁴, Palaus⁵ et Laymann⁶. — Sacerdos vero lepra infectus, vel alio morbo horrorem afferente, prohibetur celebrare in publico, ex cap. *Tua nos, de clero aegrot.*, ubi dicitur: *pro scandalo et abominatione populi*⁷. Inde in secreto potest celebrare. Palaus⁸ et Salmant.⁹

An vero mulieres tempore menstrui possint communicare?

Sentit Suarez¹⁰ quod si ipsae commode communionem differre possunt, tenentur differre sub veniali; ex D. Dionysio Alexandrino, qui dicit tales feminas *non debere sic affectas attingere Corpus et Sanguinem Domini*. — Sed communius et probabiliter censem Palaus¹¹, Salmant.¹²; et Laymann¹³ cum Alensi ac Paludano, hoc esse

Quid de
macula cor-
poris.

tantum de consilio; ex D. Gregorio (apud Laymann¹⁴) qui in epistola ad Augustinum, loquens de muliere menstruata, sic scripsit: *Si... ex veneratione magna percipere non praesumit, laudanda est; sed si percepit, non judicanda. Bonarum quippe mentium est etiam ibi... culpas... agnoscere ubi culpa non est.*

Debet autem mulieres ad communio- nem modeste accedere, pectore cooperito et sine vano ornatu: unde, si quae nimis immodeste accedat, huic neganda est communio. — Vide Concina¹⁵.

Congruum etiam est accedere ad Eucharistiam depositis armis. Caeterum communicare gladiatum nulla lege est vetitum per se loquendo: nam per accidens potest esse veniale ratione scandali¹⁶, ut dicunt Wigandt¹⁷; et Holzmann¹⁸ cum Gobat, Tamburinio et aliis. — Milites vero S. Joannis Hierosolymitani omnino decet cum gladio accedere; quia hoc signo ipsi profitentur zelum pro tuenda fide. Vide Holzmann¹⁹.

276. — Insuper hic notandum quod sacerdos, quando Eucharistiam suscipit more laicorum, ut dicit Croix²⁰, debet esse stola induitus, sub intermissione excommunicationis; ex concilio Bracharensi III, re-lato in can. *Ecclesiastica* 9, dist. 23, ubi dicitur: *Modis omnibus convenit, ut quod*

Mulier,
qua non
debet
accederet.

Quid de
accidente
cum armis.

Sacerdos
communi-
cans more
laico, stola
induendus.

quisque percept in consecratione honoris, hoc retineat et in oblatione vel perceptione... salutis, scilicet ut, cum sacerdos ad solemnia Missarum accedit, aut per se sacrificium oblaturus, ac sacramentum Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi sumpturus, non aliter accedat quam oratio utroque humero circumseptus.... Si quis autem aliter egerit, excommunicationis debitae subjaceat.

Dicunt vero Azor¹ cum Turrecremata, et Tamburinius², praefatum decretum concilii Bracharensis hodie per consuetudinem videri abrogatum; unde excusant etiam a veniali sacerdotem, qui sine stola extra Missam communicaret. — Sed verius et communiter Suarez³, Gavantus⁴; Bonacina⁵ cum Reginaldo et Graffio; item Barbosa, Henriquez, et Gobat, apud Croix⁶, quamvis id excusent a peccato mortali, quia res non est admodum gravis, vel quia ex communi usu non videtur sub gravi recepta; merito tamen non excusant a veniali⁷. Tanto magis quia hoc praecipitur a Rituali Romano, ubi dicitur: *Sacerdotes vero cum stola communicent.* Et Glossa⁸ dicit idem servandum esse si sacerdos est communicaturus in aegritudine.

277. — « Resp. II⁹. Ex pracepto Ecclesiae tenetur communicaturus, sub mortali regulariter esse jejonus jejunio naturali; id est, ut a medio noctis nihil

¹ Part. 1, lib. 10, cap. 28, quer. 12. — *Turrecr.*, in can. *Ecclesiastica*, dist. 23, num. 5. — ² Method. expedit. Commun., cap. 2, n. 10. — ³ Disp. 68, sect. 1. — ⁴ Part. 4, tit. 8, num. 7. — ⁵ De Euch., qu. 6, punct. 2, num. 5. — ⁶ Disp. 15, num. 16. — ⁷ Praepos., qu. 80, art. 8, dub. 1, num. 40. — ⁸ Vasq., disp. 211, cap. 3, num. 30. — ⁹ Diana, part. 3, tr. 4, resol. 37; et part. 4, tr. 4, resol. 104. — ¹⁰ Part. 3, loc. cit. — ¹¹ Tr. 7, exam. 6, num. 69. — ¹² Loc. cit., num. 36. — ¹³ De 3^o Praec. Eccl., lib. 3, cap. 5, n. 14 et 15. — ¹⁴ Disp. 15, num. 23.

« omnino per modum cibi, potus aut medicinae sumpserit. — Ita communiter. « Et est certum ex conciliis, quae vide apud Filluccium, Laymann, Bonacina, card. de Lugo⁸.

« Unde resolves:

« I^o. Etsi parvitas materiae non excusat hic, non obstat tamen communioni:

« I^o. Reliquias ciborum inter dentes haerentes trajicere casu (negant enim industria; contra Tanner⁹, Coninck¹⁰), et Diana, qui contrarium probable affirmant: licet eas exspuere omnino debeat. Diana¹¹. Vide Escobar¹² et card. de Lugo¹³. — Ubi notat, sententiam istam Tanneri et Diana ad hoc servire, ut studiose dentes ante expurgare, ne quid forte casu decidat, non tenearis.

« 2^o. Sanguinem, vel alium humorem ex capite defluentem, et guttulam aquae aut vini, casu per ablutionem oris, vel guttulam jusculi dum sapor exploratur, per modum salivae cui mixta est, vel culicem inter respirandum trajicere. — Ratio, tum quia haec aut non sumuntur, scilicet ab extrinseco, aut non per modum cibi aut potus. Vide Fagundez¹⁴, card. de Lugo¹⁵.

« 3^o. Si aromata, vel folium tabaci ex causa ori imponas, mastices, vel quid aliud gustes: modo nihil transmittas.

Ecclesiastica, ad v. *Corporis*. — *Fill.*, tr. 4, cap. 8, a num. 232. — *Laym.*, lib. 5, tract. 4, cap. 6, num. 17. — *Bonac.*, de Euch., qu. 6, punct. 2, num. 5. — ⁸ Disp. 15, num. 16. — *Praepos.*, qu. 80, art. 8, dub. 1, num. 40. — *Vasq.*, disp. 211, cap. 3, num. 30. — *Diana*, part. 3, tr. 4, resol. 37; et part. 4, tr. 4, resol. 104. — ⁹ Part. 3, loc. cit. — ¹⁰ Tr. 7, exam. 6, num. 69. — ¹¹ Loc. cit., num. 36. — ¹² De 3^o Praec. Eccl., lib. 3, cap. 5, n. 14 et 15. — ¹³ Disp. 15, num. 23.

n. 28, concordat, « quando non potest inducere exigentem ad differendum ».

²⁾ Navarrus, in *Man.*, cap. 21, n. 51, (edit. Venet. 1573) negat conjuges peccare nisi venialiter, « si post communionem eodem die carnaliter sese cognoscant ».

³⁾ « Petere vero post communionem, alli dicunt esse veniale, et quidem probabiliter, nisi justa subsit causa; sed communius... sentiunt id esse tantum consilii ». Ita S. Doctor, in *Hom. apost.*, tr. 15, n. 57, i. f.

275. — ^{a)} Laymann, lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 14, negat corporalem maculam per se im-

pedire; si vero mox et facile tolli possit, « interdum erit quaedam irreverentia et peccatum veniale ita immundum corpore accedere ». Sin autem aliquandiu duret, « consultum quidem est ob reverentiam sacramenti exspectare », si commode differri possit communionio; sed nulla erit culpa tunc communicare.

^{b)} Integer textus est: « Pro scandalo et abominatione populi ab administrationis debet officio removeri ».

^{c)} Wigandt, tr. 12, exam. 4, n. 45, non loquitur de scandalo.

276. — ^{a)} Auctores isti utique negant esse mortale; hinc videntur significare esse veniale, tanto magis quod aliqui decretum Bracharensis ut legem agnoscent, ut Suarez; vel dicunt teneri stolam induere, ut Bonacina; vel morem obtinere ut stolam induant, ut Gobat. — Barbosa tamen a Croix non satis accurate citatur; absolute enim negat videri peccare, quia decretum Bracharensis « contraria consuetudine videtur abrogatum ». — Henriquez, pariter a Croix citatus, scribit tamen: « Deberet... habere stolam ad collum... sed revera non tenetur ».

277. — ^{a)} Tanner, tom. 4, disp. 5, qu. 8, dub. 4, n. 79, i. f., affert Tabienam negantem reliquias cibi frangere jejunium, etiamsi ex intentione trajicantur; quod revera videtur ut probabile admittere, dum addit solum: « Sed tutius est exspuere cum deprehenduntur, ut recte Suarez ».

^{b)} Coninck, nullam distinctionem ponit inter casum et intentionem; sed absolute, qu. 80, n. 47, scribit: « Etsi deglutiuntur, non impediunt communionem, quia pertinent potius ad mandationem praecedentis diei quam praesentis.... Decet tamen omnino ejusmodi

Causa in
quibus cen-
setur non
violari.

« Praepositus ^{c)}, card. de Lugo ¹⁾. Idem de fumo tabaci docet Granado ^{d)} — licet indecens valde id videatur, nisi justa ex causa fiat — et Escobar ^{e)}, ubi de ejusdem pulvere per nares attracto idem colligit ex Suarez ^{e)} et Fagundez ^{e)}. Idem tenet Diana ^{f)} et card. de Lugo ^{g)}.

« II^o. Probabile est, non impedit com munionem, si frustulum ligni, chartae, unguium, vel lapillum deglutias; quia non habet rationem cibi vel potus. Ita Diana ^{h)} ex Ledesma et Sanchez; — contra Henriquez, Reginaldum, Laymann ⁱ⁾ et alios, quorum sententia tutior est. Vide card. de Lugo et Escobar.

« III^o. Non licet communicare his casibus:

« 1^o. Si saccharum, liquorem glycyrrhizae ore solutum cum saliva trajicias. Si vero dubium sit num quid deglutiveris, vel an factum sit post duodecimam, probabiliter docet Laymann ⁶⁾ (contra Sanchez Fagundez) non impedit com munionem vel sacrificium. Vide Diana ⁷⁾.

¹⁾ Resp. mor., lib. 1, dub. 9, num. 5. — ²⁾ Tract. 7, exam. 6, num. 67; (edit. Lugdun. s. d.; al. exam. 6, i. f.). — ³⁾ Part. 8, tract. 7, resol. 3. — ⁴⁾ Resp. mor., loc. cit., num. 1. — ⁵⁾ Part. 3, tr. 4, resol. 38; et part. 2, tr. 14, resol. 52. — ⁶⁾ Petr. de Ledesma, Sum., de Euch., cap. 18, concl. 4, v. Quaeres. — Joan. Sanch., Select. disp. 42, num. 23. — Henrig., lib. 8, cap. 49, n. 2. — Regin., lib. 29, num. 118. — Lugo, de Euch., disp. 15, num. 32. — Escob.,

res omnes expuere quantum commode fieri potest».

^{c)} Praepositus perspicue id insinuat, qu. 80, art. 8, dub. 1, n. 39 et 40, scribens: « Impeditur... communio per sumptionem tabaci, quando per os sumitur et in stomachum transmittitur».

^{d)} Granado, in 3, P., controv. 6, de Euch., tr. 10, disp. 8, n. 4, in universum scribit: « Si dum quis respirat, attrahit vaporem aliquem, etiam in quantitate quae sufficiat ad aliqualem nutritionem, potest ad Eucharistiam accedere».

^{e)} Suarez et Fagundez ab Escobar pro asserti ratione adducuntur. — Et prefecto, Suarez, disp. 68, sect. 4, v. Quaeres rursus, scribit: « Si per modum respirationis attrahatur aliquid quod possit nutrire vel alterare..., non violat jejunitum naturae». — Fagundez, loc. cit., n. 14, intelligendum esse ait aliquid per modum cibi vel potus sumi, quando per os sumitur et in stomachum vitali quidem actione comestiva et potativa trajicitur.

^{f)} Laymann, lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 18,

« 2^o. Si vesperi decumbens, aliquid ori contra raucedinem imposueris: nisi certus sis, post medium noctis te nihil transmissee. Ita Suarez ^{e)}, Filiuccius, card. de Lugo ^{g)} et alii. Licitum autem est, inter horologia dissonantia quodvis sequi, etiam ultimum, modo non constet errare; quia habet se ut auctor bonus, faciens opinionem probabilem; ut habet Sanchez ^{g)}, Fagundez, Joannes Sanctius, de Lugo ^{h)}, Diana ¹⁰⁾. [Vide infra, n. 282].

« 3^o. Si aliquid sumpseris, licet mox rejecceris.

« 4^o. Si tabaci fumum in stomachum trajeceras, ut docet Praepositus ^{h)}; etsi alii merito dubitent. Tanner ⁱ⁾. — Grano nado ^{j)} autem negat.

« 5^o. Si sacerdos nocte Nativitatis in prima Missa, ablutionem, vel lambendo digitos, modicum aquae aut vini sum pserit. — Vide Bonacina ¹¹⁾.

278. — Ut haec omnia diligenter discutiantur, praenotandum est 1^o. Jejunium

tr. 7, exam. 6, cap. 5, v. f. (al. num. 89, v. f.). — ⁶⁾ Lib. 1, tr. 1, cap. 5, num. 36. — Thom. Sanch., de Matr., lib. 2, disp. 41, n. 40. — Fagund., de 3^o Praec. Eccl., lib. 3, cap. 5, n. 18. — ⁷⁾ Part. 8, tr. 4, resol. 29. — Fill., tr. 4, cap. 8, n. 236. — Quinto. — ⁸⁾ Loc. cit. — Fagund., de 4 Praec. Eccl., lib. 1, cap. 10, n. 3. — Joan. Sanch., Select. disp. 42, n. 18. — ⁹⁾ De Euch., disp. 15, n. 45. — ¹⁰⁾ Part. 3, tr. 4, resol. 36. — ¹¹⁾ Disp. 4, de Euch., qu. 6, punct. 2, n. 6.

affect sane opinionem quae vult res istas frangere jejunitum; utrum vero eam amplectatur dubium videtur; nam in fine ait: « Vide tamen quae scribit Toletus, lib. 6 Sum., cap. 1». Toletus vero, loc. cit., definit jejunitum naturale: « Perfecta abstinentia ab illis tribus gustabilibus, cibo, potu, medicina..., a principio diei computatione facta».

^{g)} Suarez, disp. 68, sect. 4, v. Dices ergo, requirit ut tota manducatio per se et ex intentione absolvatur praecedenti die». — Lugo pariter, de Euch., disp. 15, n. 37, ait jejunitum violari, « si totum non fuit ante medium noctem liquefactum».

^{h)} Praepositus, quidquid hic dicat Busenbaum, haec non habet de fumo tabaci; scribit enim, qu. 80, art. 8, dub. 1, n. 39: « Impeditur etiam communio per sumptionem tabaci, quando per os sumitur et in stomachum transmittitur, quia sumitur per modum cibi, sive nutriti sive non, et non transmittitur fortuito seu casu».

ⁱ⁾ Tanner pariter male citatur a Busenbaum; non enim loquitur de fumo tabaci, tom. 4, disp. 5, qu. 8, dub. 4, n. 78 et 79.

Jejunium ad communionem praerequisitum non esse quidem de jure divino; sed tantum ecclesiastico, ex cap. Ex parte, de celebr. miss., et variis conciliis, prae sertim ex concilio Constantiensi. (Vide dicta Lib. I, n. 38, v. Alii).

In eo non datur parvitas materiae.

naturale ad communionem praerequisitum non esse quidem de jure divino; sed tantum ecclesiastico, ex cap. Ex parte, de celebr. miss., et variis conciliis, prae sertim ex concilio Constantiensi. (Vide dicta Lib. I, n. 38, v. Alii). — Praenotandum 2^o. Quod in fractione hujus jejunii, etsi hoc praeceptum est de jure ecclesiastico, non datur tamen parvitas materiae: quia praeceptum non jam est accedendi ad Eucharistiam jejunus, sed non accedendi post cibum aut potum; qui autem communicat post quamcumque minimam partem, jam communicat post cibum aut potum. Ita omnes DD., quidquid dicant Gibert et Pasqualigo, qui non sunt audiendi. — Praenotandum 3^o. Quod ad hoc jejunium frangendum, juxta communem sententiam tria requiruntur, nempe 1^o. Ut quod sumitur sumatur ab extrinseco. 2^o. Ut sumatur per modum comedionis aut potationis. 3^o. Ut res sumpta habeat rationem cibi aut potus.

De hac materia tractant Suarez ¹⁾, Laymann ²⁾, Contin. Tournely ³⁾, Palaus ⁴⁾, Bonacina ⁵⁾, Lugo ⁶⁾, Concina ⁷⁾, Escobar ⁸⁾, Holz-

bilem appellat hanc sententiam, sed: « His non obstantibus, consulendum est dictas reliquias quantum commode fieri potest expuere». Ita concludit, sicut et ipse S. Alphonsus inferius.

¹⁾ Molfesius, tr. 3, cap. 10, n. 13; Ochagavia, de Euch., tr. 2, qu. 12, n. 7; Petigianus, in 4, dist. 8, qu. 3, art. 3, sententiam hanc plane tuerint, nec solum probabilem agnoscunt; et ita etiam ab Escobar allegantur. — Gobat pariter, tr. 4, n. 268, eodem modo eam tenet; et Leander, id est Emmanuel a Conceptione, in Sum. novem partium Leandri, n. 373, ut probabilem.

²⁾ Tanner a Croix citatur, quasi defendat opinionem istam ut probabilem; at re vera, tom. 4, disp. 5, qu. 8, dub. 4, n. 79, id videtur tantum innuere, dum scribit: « Tutius est expuere cum deprehenduntur, ut recte Suarez».

³⁾ Diana, part. 3, tr. 4, resol. 37, proba-

¹⁾ Ut quid sumatur ab extrinseco.

Alli ne gant solvi voluntaria trajectio reliquia rum cibi.

comestionis praecedentis diei; unde quamvis ex industria trajiciantur, moraliter non constituunt novam comestionem, sed praeteritam perficiunt. Addit aliam rationem Suarez: quia tales reliquiae non sumuntur per modum cibi, sed per modum salivae. — Nec videtur haec sententia difformis esse rubricae Missalis¹, ubi sic dicitur: *Si reliquiae cibi remanentes in ore transglutiantur, non impeditur communionem; cum non transglutiantur per modum cibi, sed per modum salivae.*

Secunda vero sententia communior affirmat; et hanc tenet D. Thomas², ubi dicit: *Reliquiae... cibi remanentes in ore, si casualiter transglutiantur, non impeditur sumpcionem hujus sacramenti.* Ergo, si transglutiuntur ex proposito, impediunt. Et ita censem³ etiam Cabassutius⁴, Filiiuccius⁵, Roncaglia⁶, Laymann⁷, Tamburinius⁸, Bonacina⁹, Viva¹⁰, Antoine¹¹; Contin. Tournely¹² cum Vasquez et Silvio. — Ratio, quia hujusmodi reliquiarum trajectio, cum ex industria fit, videtur nova comestio.

Prima sententia non videtur improbabilis. Sed haec secunda est probabilius et omnino consulenda; ut recte dicunt Suarez, Salmant. et Gavantus¹³: licet in hoc non sit scrupulose agendum, ut sapienter advertit Pater Suarez. — Unde libenter sequor sententiam Lugonis¹⁴, quam amplexitur etiam noster Pontifex Benedi-

¹ Suar., disp. 68, sect. 4, v. *Tertio*. — ² De Defectib., ix, 3. — ³ 3 P., qu. 80, art. 8, ad 4. — ⁴ Lib. 3, cap. 5, n. 7. — ⁵ Tract. 4, cap. 8, n. 236, v. *Quarto*. — ⁶ De Euch., cap. 5, qu. 6, resp. 2. — ⁷ Method. SS. Com., cap. 2, n. 25. — ⁸ De Euch., qu. 4, art. 8, n. 6. — ⁹ De Euch., cap. 2, qu. 4, v. *Observa 2*, i. f. — ¹⁰ De Euch., cap. 6, art. 2, sect. 1, concl. 2,

ctus¹⁵, nempe, quod reliquiae a dentibus divulsae, quae sensibiliter in lingua percipiuntur, equidem sunt expuendae. Non vero est obligatio adhibendi diligentiam ad reliquias illas ex dentibus extrahendas; etiamsi praevideantur deglutiendae, si non extrahantur, et cum saliva deglutiuntur: alias enim haec obligatio esset innumeris scrupulis et perplexitatibus obnoxia, ad quod certe non praesumitur Ecclesia voluisse obligare.

Dubitatur 2^o. *An guttulae aquae cum saliva immixtae, aut jusculi degustati, si ex proposito deglutiuntur, frangant jejunium?*

Si predictae guttulae *casu* trajiciuntur, certum est eas non frangere jejunium: modo non sint in magna quantitate. — Ita omnes cum D. Thoma¹⁶, ubi ait: *Et eadem ratio est de reliquiis aquae vel vini, quibus os abluitur; dummodo non trajiciantur in magna quantitate, sed permixtue salivae, quod vitari non potest.*

Dubium est igitur *si ex proposito deglutiuntur*.

Sentient non frangere jejunium Coninck¹⁷ et Henriquez¹⁸, apud Croix¹⁹: modo sint immixtae salivae. Et idem sentire videntur Lugo²⁰ et Tamburinius²¹, dum dicunt quod, cum non sit potatio deglutire salivam, ideo nec violat jejunium has guttulas per modum salivaie trajiciens. — Sed omnino affirmandum cum sententia

¹¹ Quaeres 1. — Vasq., disp. 211, cap. 8, n. 30. — Silvius, in qu. 80, art. 8, v. *De reliquiis*. — Suar., loc. cit., v. *Dico ergo*. — Salmant., tr. 4, cap. 7, n. 67. — Suar., loc. cit. — ¹² De Euch., disp. 15, num. 36. — ¹³ De Sacrific. Miss., lib. 3, cap. 12, n. 6; (al. sez. 2, cap. 4, § 2). — ¹⁴ 3 P., qu. 80, art. 8, ad 4. — ¹⁵ Disp. 15, num. 33. — ¹⁶ Method. expedit. Commun., cap. 2, n. 23.

Guttulae aquae vel jusculi salivae immixtae:

Si casu deglutiuntur, non solvant jejunium.

Neque, si ex proposito deglutiuntur.

Omnino communi, quam sequuntur Suarez²², Holzmann²³; Contin. Tournely¹ cum Silvio; et Salmant.² cum Palao, etc. communiter. Et hanc docet idem D. Thomas³, ubi, postquam dixit reliquias cibi non frangere jejunium, si casualiter transglutiantur, dicit eamdem rationem esse *de reliquiis aquae..., quibus os abluitur*, ut mox supra relatum est. Confirmatur ex rubrica⁴, ubi sic habetur: *Idem dicendum (scilicet, non frangi jejunium), si lavando os deglutiatur stilla aquae praeter intentionem.* Ergo, si ex intentione, frangitur.

Idem dicendum, si quis noctu immittit saccharum in ore, et post medium noctem aliiquid trajicit; ut docent Lugo⁵, Palaus⁶, Filiuccius⁷, Salmant.⁸; et Renzi⁹ cum Coninck, Vasquez, Bonacina, Reginaldo, etc. communiter, quidquid dicant aliqui, apud Diana¹⁰.

Ratio, quia non est illa reliquia comestio praecedentis diei, sed est continua comestio.

Sic etiam frangit jejunium qui sumit aquam, licet involuntarie, vel quia labitur in flumen, vel quia alius per vim illam in os ejus infundit; ut dicunt Conicina¹¹; et Croix¹² cum Lugo, Tamburinius et aliis communiter, contra Bosco¹³.

Ita etiam, si quis sugeret sanguinem

¹ De Euch., cap. 6, art. 2, sect. 1, concl. 2, quaer. 1. — Silvius, in qu. 80, art. 8, v. *Porro si inter...* — ² Tr. 4, cap. 7, n. 67. — ³ Palaus, tr. 21, punct. 13, n. 8. — ⁴ 3 P., qu. 80, art. 8, ad 4. — ⁵ De Defectib., ix, n. 3. — ⁶ De Euch., disp. 15, n. 37. — ⁷ Loc. cit. — ⁸ Tr. 4, cap. 8, n. 236, v. *Quinto*. — ⁹ Tr. 4, cap. 7, n. 68. — ¹⁰ In 3 Praec. Eccl., cap. 4, qu. 3. — ¹¹ Coninck, qu. 80, n. 48. — ¹² Vasq., disp. 211, cap. 8, n. 30 et 31. — ¹³ Bonac., qu. 6, punct. 2, n. 7. — ¹⁴ Regini, lib. 29, n. 119. — ¹⁵ Part. 2, tr. 14, resol. 51. — ¹⁶ De Euch., cap. 11, § 3, num. 6. — ¹⁷ Lib. 6, part. 1, n. 568. — ¹⁸ Lugo, loc. cit., n. 33 et 35. — ¹⁹ Tambur., Method. expedit. Commun., cap. 2, num. 24. — ²⁰ De Euch., qu. 4, art. 8, num. 4. — ²¹ Tr. 5, disp. 4, qu. 1, cap. 4, § 8, v. *Tertio*. — ²² Lib. 6, part. 1, num. 565. — ²³ Lugo, disp. 15, num. 32. — ²⁴ Tambur., loc. cit., n. 22. — ²⁵ Disp. 68, sect. 4, v. *Quaeres*. — ²⁶ De Euch.,

Item, sanguis ex digito, lacrymas ex oculis manantes²⁷, ut dicunt communiter Viva²⁸, Mazzotta²⁹, et Croix³⁰ cum Lugo et Tamburino.

Secus vero dicendum, si quis deglutit sanguinem defluentem e capite vel gingivis, aut sanie ex pustula oris emanantem, etiam ex industria; ut communiter docent Suarez³¹, Cabassutius³², Habert³³, Elbel³⁴, Antoine³⁵, Conicina³⁶, Roncaglia³⁷, Laymann³⁸, Bonacina³⁹, et Salmant.⁴⁰ cum communi, contra [Contin.] Tournely²⁵.

Ratio,

quia,

ut supra dictum est ex

D. Thoma,

quidquid ab intrinseco prove-

nit, non vere comeditur, nec solvit jeju-

nium.

280. — Regula autem II^a est, quod ad frangendum jejunium requiritur, *ut sumatur aliiquid per modum comestionis aut potationis*. — Hanc regulam tradunt communiter Suarez²⁶, Laymann²⁷, Lugo²⁸, Bonacina²⁹, Silvius³⁰ et alii passim.

Sed dubitatur 1^o. *An solvat jejunium pulvis tabaci sumptus per nares?*

Affirmant Antonius de Leon et Lezana, apud Lugo³¹; et valde dubitat Coninck. Tournely³².

Sed communiter negant alii, etiamsi aliquid in stomachum transmittatur; quia, licet talis materia sit nutritiva, tamen non

pulvis tabaci per nares sumptus, probabilissime non solvit.

¹³ Cabassutius et Bonacina eodem modo loquuntur ac S. Thomas.

¹⁴ Laymann, lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 18. — Fortasse autem, inquit, si ex proposito id fiat, impeditur debet a sacra communione... Quare decet omnino ejusmodi reliquias exspuere, sicuti notavit Suarez.

¹⁵ Gavantus, part. 3, tit. 9, n. 3: Si « ex certa scientia deglutiatur, violat jejunium naturae necessarium ad communionem... exspuat potius quam trajiciatur ».

¹⁶ Coninck et Henriquez a Croix, lib. 6, part. 1, n. 566, citantur utique pro hac sententia, ex Aversa, ut dicit Croix; sed bona hujus auctoris pace, Aversa, § Quinto, loquitur

de ciborum reliquias ex coena praecedente remanentibus; at § *Quarto*, ubi de casu praesenti tractat, non citat Coninck nec Henriquez. — Et profecto Coninck, qu. 80, art. 8, n. 48, de nostro casu disputans, innuit potius oppositam sententiam, negans frangi jejunium, « quando quis abluiens os, aut gustandi causa aliquem humorum ori imponens, quem statim exspuit, parvum aliiquid per imprudentiam deglutit, quia hoc non per se, sed per modum salivaie cui permiscetur, sumitur ». — Henriquez vero universim, lib. 8, cap. 50, n. 4, lit. u, scribit: « Dum aqua aut vino abluit os, si effluxit parum et imperceptibile in guttur siccum, non impedit communionem ».

¹⁷ Suarez, perspicue hanc insinuat sententiam, negans, disp. 68, sect. 4, v. *Tertio*, impediri communionem, « si quis eluendo os, casu deglutiatur guttam aquae aut vini salivaie admistam ». Idemque judicium ferendum esse ait de guttulis jusculi quod quis praegustavit.

¹⁸ Holzmann, de Praec. Eccl., n. 73, v. *Dixi 3*, primam opinionem potius tenet, negans ex Croix jejunio obesse, « si quid salivaie inseparabiliter permixtum... una cum illa in stomachum trajiciatur: ut si quis inter eluendum os, unam alteramve guttam salivaie mixtam deglutiatur ».

¹⁹ Bosco, de Sacram. Euch., disp. 4, sect. 11, n. 33, negat solvi jejunium ab eo qui aquam naribus attraheret eamque in stomachum traijeret; vel (n. 38) os lavando, aliquot aquae guttas, etiam ex intentione deglutiret.

²⁰ Viva, Lugo et Tamburinius loquuntur dumtaxat de sanguine qui ex digito manaret.

²¹ Cabassutius, lib. 3, cap. 5, n. 7, negat impediri communionem sanguine, « qui ex cerebro vel gingivis salivaie permixtus in stomachum defluit, neque consulto deglutiatur ».

sumitur per modum comedionis, sed attractionis. Ita Suarez^{a)}, Holzmann¹, Roncaglia², Lugo³, Concina⁴, Elbel⁵; Croix⁶ cum Aversa; Renzi⁷, Escobar⁸; et Diana⁹ cum Marchant, Machado, Pasqualigo et Leandro. — Haec sententia est quidem probatissima: tum ob allatam regulam; tum ob universalem consuetudinem, qua undique permittitur praefatus tabaci usus ante Missam, ut docet Papa Benedictus XIV¹⁰. Ubi obiter refert, olim ab Innocentio X et XI emanatam fuisse excommunicationem in eos qui sumerent tabacum per nares in Vaticano¹¹, idemque praescripsisse Urbanum VIII in ecclesiis dioecesis Hispaniensis; sed deinde hanc prohibitionem abstulisse Benedictum XIII. Unde sic concludit: *Hodie tamen a communione consuetudine (est) adeo coherestatus (usus tabaci), ut nulli... scandalum preebeat.*

Idem autem quod dictum est de tabaco, dicunt de aqua casu trajecta per nares, Suarez^{a)}, et Fagundez apud Viva; Tamburinius¹⁰; et Bartholom. a S. Fausto apud Diana.

Id tamen non admitterem, si quis ex proposito tabacum vel aquam per nares in stomachum trajiceret; quia id non sumeret tunc per simplicem attractionem, sed per voluntatem directam trajiciendi,

¹ De Praec. Eccles., n. 82. — ² De Euchar., cap. 5, qu. 7. — ³ Resp. mor., lib. 9, num. 1. — ⁴ Confer, 14, de Subj. Euch., num. 92. — ⁵ Lib. 6, part. 1, num. 570. — ⁶ Aversa, de Euch., qu. 8, sect. 8, v. *Tertia* et *Sexto*. — ⁷ In 3 Ecc. praecl., cap. 4, qu. 7. — ⁸ Tr. 7, exam. 6, n. 67 (edit. Lugdun. s. d.; *al.* exam. 6, i. f.). — ⁹ Part. 8, tr. 7, resol. 3; cfr. part. 5, tr. 18, resol. 1. — *Jacob. March.*, Resolut. pastor., tr. 4, cap. 2, Append. — *Machad.*, Perfeto Confess., tom. 1, lib. 2, part. 4, tr. 8, docum. 4, num. 3 et 4. — *Pasqual.*, Decis. moral. 333. — *Leand.*, de Euch., disp. 5, qu. 10. — ¹⁰ De Synodo, lib. 11, cap. 18, n. 8. —

^{280. - a)} Suarez, loc. cit., v. *Quaeres rur-sus*, in universum haec habet, quae apte in tabaci sumptionem quadrare videntur: «Si per modum respirationis attrahatur aliquid, quod possit nutritre vel alterare, hoc... non violat jejuniū naturae».

^{b)} Concina, loc. cit., n. 6: «Sumptionem tabaci per nares, inquit, negant communiter jejuniū frangere».

^{c)} Scilicet in Basilica Vaticana, ut dicit Innocentius X. Quamvis autem Benedictus XIV citet etiam Innocentium XI; at certe in reuocatione facta a Benedicto XIII, nulla mentio habetur nisi de Innocentio X.

quod nullo modo videtur permissum ab Ecclesia. — Sed dices: *Actio attractiva non est potativa vel manducativa. Respondet quod, licet haec actio non sit a natura ordinata ad trajiciendum in stomachum potum vel cibum, tamen ad id ordinatur ab ipso attrahente: et ideo ex tali intentione induit moraliter rationem potationis sive comedionis, cum interveniat debita materia et actio apta ad finem trajectionis in stomachum.*

Idem dicendum de illo qui pulverem aut pluviam, floccum nivis, culicem, sive muscam deglutiret. Nam si hoc accideret casu per respirationem, utique non solvetur jejuniū; ut communiter docent Suarez^{a)}, Lugo¹¹, Habert¹², Tournely¹³, Concina¹⁴, Salmant.¹⁵, Roncaglia¹⁶; Renzi¹⁷ cum Navarro¹⁸, Bonacina et aliis passim. Quia talis actio non est comedio, sed respiratio, quam Ecclesia noluit quidem prohibere; quis enim posset effugere ne aliquid pulveris cum vento deglutiat?

— Secus vero esset (ut recte docet Lugo¹⁹), si quis ex proposito vellet culicem aut pulverem trajicere; quia haec non esset mera respiratio, sed voluntaria deglutitio.

Et idem dicendum merito ait Lugo¹⁶,

si quis deglutiret aliquid, puta uvam ab altero in os ejus immissam, etiamsi ipse id non adverteret, et casu respirando trai-

Innoc. X, motu proprio *Cum sicut*, 8 Januar. 1650. — *Urban.* VIII, constitut. *Cum Ecclesiae*, de die 30 Januar. 1642. — *Bened.* XIII, motu proprio *Avento la felice*, 10 Januar. 1725. — *Fagund.*, de 3^o Praec. Eccles., lib. 8, cap. 5, n. 14. — *Viva*, de Euch., qu. 4, art. 8, n. 7. — ¹⁰ Method. expedit. Commun., cap. 2, n. 23. — *Barthol.* a S. Fausto, de Euch., lib. 1, qu. 382. — *Diana*, part. 5, tr. 18, resol. 1. — ¹¹ De Euch., disp. 15, n. 34 et 36. — ¹² Tr. 4, cap. 7, n. 68. — ¹³ De Euch., cap. 5, qu. 6, resp. 2. — ¹⁴ In 3 Ecc. praecl., cap. 4, qu. 5. — *Bonac.*, disp. 4, de Euch., qu. 6, punct. 2, n. 6. — ¹⁵ De Euch., disp. 15, n. 36. — ¹⁶ Loc. cit., n. 35.

^{a)} Habert, de Euch., part. 1, cap. 20, qu. 2, v. *Dixi* 2; Contin. Tournely, loc. cit., qu. 1, v. 2. *Nec solvit*; Concina, loc. cit., n. 6, negant jejuniū frangi, si haec per respirationem, seu per modum respirationis, seu media respiratione in stomachum immittantur.

^{e)} Navarrus, licet a Renzi hic citetur, at tamen, in *Man.*, cap. 21, n. 53, de casu analogo dumtaxat loquitur: «*Deglutire...* aliquam aquae guttam (ita Nav.), aut particulam alterius rei, lavando os, aut gustando jus, vinum aut aliud simile, absque proposito edendi, tamquam salivam, non impedit communionem nec celebrationem».

Item, plu-via, nix, cu-lex, etc.

Etsi vo-luntarie im-mitteretur in stomachum.

ceret. — Quia noluit quidem Ecclesia impedire communionem, ob sumptionem rerum quae per respirationem cum aere attrahuntur; sed earum quae non deferruntur cum aere.

Dubitatur 2^o. *An solvat jejuniū fu-mus tabaci aut similis?*

Affirmant pariter Lezana et Antonius de Leon, apud Salmant.¹. — Quia (ut dicunt) fumus etiam aliquo modo nutrit.

Negant vero communiter et probabilius Holzmann², Sporer³; Croix⁴ cum Aversa et Boudevyns; Viva⁵ cum Trullenbach, Tamburinio, Praeposito⁶; et Salmant.⁶ cum Suarez⁸, Diana ac Villalobos⁹. Eamdemque sententiam sequitur Benedictus XIV, testans, hanc communis doctorum consensu hodierno die confirmari¹⁰. — Ratio, quia fumus tabaci neque est cibus aut potus, neque sumitur per comedionem vel potationem; alias dicere deberemus, frangere jejuniū etiam eos qui in culina ciborum fumum exciperent. Et hoc currit, etiamsi fumus voluntarie immitteretur in stomachum¹¹, ut probabiliter dicunt Escobar¹²; Viva⁸ cum

Lezana, Sum., v. *Eucharistia*, n. 16. — *Anton. de Leon*, Question moral si el chocolate, etc., part. 2, § 4, n. 10 et 12. — ¹ Tr. 4, cap. 7, n. 71. — ² De Praec. Eccles., n. 82. — ³ Part. 2, cap. 6, n. 467. — ⁴ Lib. 6, part. 1, n. 570. — ⁵ Aversa, de Euch., qu. 8, sect. 8, v. *Tertio*. — ⁶ Boudev., Ventilabrum, medico-theolog., part. 2, qu. 17, v. *Ad 5 argum.* — ⁷ De Euch., qu. 4, art. 8, num. 7. — ⁸ Trull., de Sacram., lib. 3, cap. 6, dub. 5, num. 14 et 16. — ⁹ Tambur., Method. expedit. Commun., cap. 2, num. 23. — ¹⁰ Tr. 4, cap. 7, n. 71. — ¹¹ Diana, part. 5, tr. 18, resol. 1. — ¹² Lib. 20, num. 388. — ¹³ De Euch., qu. 4, art. 8, n. 7. — ¹⁴ Part. 2, cap. 6, num. 467. — ¹⁵ In 3 Praec. Eccles., cap. 4, qu. 7. — ¹⁶ Part. 5, tr. 13, resol. 1. — ¹⁷ Loc. cit., n. 28. — ¹⁸ Jacob. March., Resolut. pastor., tr. 4, cap. 2, append. — ¹⁹ Burgh., centur. 3, cas. 45. — ²⁰ Lib. 6, part. 1, n. 569. — ²¹ Tr. 4, cap. 7, n. 471. — ²² Hertad. Thom., Resol. mor., tr. 11, cap. 4, resol. 2. — ²³ Anton. de Leon, Question moral, etc., loc. cit., n. 10. — ²⁴ Tr. 4, cap. 7, n. 72. — ²⁵ Henno, de Euch., disp. 8, qu. 2, art. 1, resol. 6. — ²⁶ De Euch., cap. 6, art. 2, sect. 1, concl. 2, qu. 1, § *Sed quid de his*, v. *Resp. ad 1.* — ²⁷ Resp. mor., lib. 1, dub. 9, n. 5 et seqq. — ²⁸ De Praec. Eccles., n. 82. — ²⁹ Disp. 4, de Euch., qu. 6, punct. 2, num. 9. — ³⁰ Part. 2, cap. 6, num. 467. — ³¹ De Euch., qu. 4, art. 8, n. 7. — ³² Lib. 20, n. 388. — ³³ Pasqual., Decis. mor., 333, n. 5; cfr. etiam decis. 329 et 330. — ³⁴ In 3 Praec. Eccles., cap. 4, qu. 7. — ³⁵ Part. 5, tr. 13, resol. 1, v. *Verum modo*. — ³⁶ Coninck, qu. 80, art. 8, n. 48. — ³⁷ Tambur. (non citatus a Diana), Method. expedit. Commun., cap. 2, num. 26. — ³⁸ Trull., (non cit. a Diana), de Sacram., lib. 3, cap. 6, dub. 5, n. 14. — ³⁹ Tr. 4, cap. 7, n. 72.

¹⁾ De Praeposito vide notam c ad n. 277 supra.

²⁾ Suarez et Villalobos a Salmant. alle-gant pro casu simili, quem Salmant. ad probationem adhibent: scilicet non frangi jejuniū naturale, si quis respirando, pulverem, fumum, culicem aut muscam casu et praeter intentionem attrahit; et re vera Suarez, *disput. 68, sect. 4, v. Quaeres*; et Villalobos, part. 1, tr. 7, diff. 39, n. 1, v. f., negant in uni-versum violari naturale jejuniū, si quid per modum respirationis attrahatur.

³⁾ Seu potius Benedictus XIV, *de Sacrif. Missae, append. 9, n. 2 et 3*, negat violari jejuniū per tabaci fumum, et hunc usum ita esse hodierna et communi consuetudine co-

Praeposito^{f)}; Sporer^g; Renzi¹⁰; Diana¹¹; Tamburinius¹²; et Marchant et Burghaber, apud Croix¹³, contra Salmant.¹⁴ cum Hurtado, etc., qui dicunt, sed minime probant, hanc esse veram comedionem.

Dubitatur 3^o. *An solvat jejuniū fu-mus tabaci vel aroma, ut denti-bus conterat, et phlegmata exspuat?*

Affirmant idem Antonius de Leon apud Salmant.¹⁵; et Henno apud [Contin.] Tourneley¹⁶. Quia (ut dicunt) semper trajicitur aliiquid in stomachum, et propter hoc phlegmata ejiciuntur. — Sed negant Lugo¹⁷, Holzmann¹⁸, Bonacina¹⁹, Sporer²⁰, Viva²¹; Escobar²² cum Pasqualigo; Renzi²³; et Diana²⁴ cum Coninck, Tamburinio, Praeposito²⁵, Trullenbach, etc. Et merito id probabile putant Salmant.²⁶ cum Bonae-spei²⁷. Ratio, quia ad phlegmata ejicenda, non requiritur ut succus in stomachum descendat; sed sufficit tabacum ad os applicare, ut virtutem exspandi ad stomachum immittat per nervos qui ad stomachum respondent. — Et hoc, etiamsi de-glutiatur, sed praeter intentionem, aliiquid modicum succi, saliva in separabiliter

Tabaci mas-ticatio-nis, juxta alios, solvit jeju-nium.

Probabi-ter non sol-vit.

admixti; ut dicunt Lugo¹, Tamburinius², Viva³ et Escobar⁴, cum Tanner et Fausto apud Diana. Quia, si casu id deglutitur, non per modum cibi, sed per modum salivae trajicitur.

Immo Lorichius apud Diana excusat, etiamsi casu granum deglutiat. Sed hoc recte non admittunt Bonacina et Tamburinius; quia illud tunc videtur potius sumi per modum cibi. Hoc tamen intelligendum, si granum, non autem si aliqua minima pars deglutiat, quae insensibiliter cum saliva sit immixta; quia haec vere per modum salivae trajicitur.

Omnis vero convenient, hujusmodi masticationem esse indecentem ante communionem. Unde puto eam non excusari a culpa veniali, nisi aliqua causa subsit.

281. - Regula III^a. est, quod ad frangendum jejunium requiritur, *ut res sumpta habeat rationem cibi aut potus*. — Hinc Dubitatur: *an comedio capillorum, unguum, vel ligni, papyri, lapillorum et similiūm impedit communionem?* — Ad sunt tres sententiae:

Prima sententia universe negat; quia omnia haec non habent rationem cibi, vel saltem quia usu non habentur ut comedibilia. — Ita Diana⁵, Renzi⁶ cum Joanne de la Cruz^a, Ludovico de S. Joanne, etc. Et probabile putant Busenbaum (ut supra, n. 277, ad 2); et Ledesma^b apud Salmant.⁷

¹ Resp. mor., lib. 1, dub. 9, n. 7. — ² Method. exped. Comm., cap. 2, n. 26. — ³ De Euch., qu. 4, art. 8, n. 7. — ⁴ Lib. 20, n. 388. — *Tann.*, tom. 4, disp. 5, qu. 8, dub. 4, n. 79. — *Barthol. a S. Fausto*, de Euch., lib. 1, qu. 381. — *Diana*, part. 5, tr. 18, resol. 1, v. *Vetus modo*. — *Lorich.*, Thesaur., v. *Missa*, n. 21, v. *Unde*. — *Diana*, loc. cit. — *Bonac.*, disp. 4, de Euch., qu. 6, punct. 2, n. 9. — *Tambur.*, loc. cit., num. 26. — ⁵ Part. 3, tr. 4, resol. 38. — ⁶ In 3 Eccl. praec., cap. 4. — *Ludov. a S. Joan.*, Luz de sacerdotibus, part. 1, de Euch., qu. 7, art. 10, dub. 3, diff. 3. — ⁷ Tr. 4, cap. 7, n. 70. — ⁸ Lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 18.

uti hic, deglutiretur, fracturam jejunium vix dubito.

281. — ^a Joannes de la Cruz, *Director. consci.*, part. 2, de Euch., qu. 5, dub. 4, concl. 2, hanc sane opinionem tenet; affirmat tamen violari jejunium a mulieribus quae « terram aut aliud simile », ob delectationem vel ut colorem minuant, comedunt. Quam etiam sententiam probabilem putat S. Alphonsus, in fine hujus numeri.

^b Petrus de Ledesma, de Euch., cap. 13,

Secunda sententia e converso universe affirmit; quia (ut dicunt) reverentia ad Eucharistiam requirit, non solum ut nihil cibi comedatur, sed etiam ut nihil ad modum cibi deglutiatur. — Ita Laymann⁸, Roncaglia⁹, Salmant.¹⁰, Wigandt¹¹, Palau¹². Et pro hac sententia citant etiam D. Thomam¹³, ubi dicit: *Nec refert utrum aliquid hujusmodi nutriat vel non nutriat...* dummodo sumatur per modum cibi vel potus.

Tertia vero sententia communis docet, minime frangi jejunium si edantur res omnino indigestibles, ut sunt capilli, unguies, metallum, vitrum, fila ex serico aut lana, ossicula fructuum omnino depurata; quia haec nec nutrunt, nec rationem habent cibi: Ecclesia autem tantum prohibet ne sumatur Eucharistia post cibum aut potum, ut patet ex concilio Toletan. VII¹⁴, ubi dicitur: *Nullus post cibi potusve quamlibet minimum sumptum Missas facere... praesumat*. Et ex concilio Matisconensi, ubi: *Injustum est enim ut spiritali alimento corporale praeponatur*. Idem dicit S. Augustinus¹⁵: *Placuit Spiritui Sancto ut in honorem tanti sacramenti, in os christiani prius Dominicum corpus intraret quam caeteri cibi*. — Ita Concina¹⁶, Conti¹⁷, Viva¹⁸, Sporer¹⁹, Holzmann²⁰, Escobar²¹; et Lugo²² cum Henriquez^c, Nuñez^c, Villalobos^c, Reginaldo^c, etc. — Neque huic

⁸ De Euch., cap. 5, qu. 8. — ¹⁰ Loc. cit. — ¹¹ Tract. 12, exam. 4, num. 44. — ¹² Tr. 21, punct. 18, num. 7. — ¹³ S. P., qu. 80, art. 8, ad 4. — ¹⁴ Cap. 2, v. f. (anno 684); ap. Labbe, tom. 6, col. 1595. — *Concil. Matiscon. II*, anno 585, can. 6; ap. Labbe, tom. 6, col. 675. — ¹⁵ Lib. 1, seu epist. 54, ad inquisit. Januarii, cap. 6, num. 8; ap. Migne, Patrol. lat., tom. 33, col. 203. — ¹⁶ De Euch., cap. 11, § 3, num. 6. — ¹⁷ De Euch., cap. 6, art. 2, sect. 1, concl. 2, qu. 1, v. *Sed quid si*. — ¹⁸ De Euch., qu. 4, art. 8, n. 5. — ¹⁹ Part. 2, cap. 6, n. 467. — ²⁰ De Praec. Eccl., n. 73, v. *Dixit I.* — ²¹ Lib. 20, n. 334 et 335. — ²² De Euch., disp. 15, n. 28 et seqq.

concl. 4, v. *Quaeres*, probabilem putat sententiam quae negat violari jejunium ab eo, qui « pauxillum papyri, vel quid aliud simile non comedibile, casu et inadvertenter in stomachum trajecerit ».

^c Henriquez, lib. 8, cap. 49, n. 2, lit. n et o; Nuñez, in qu. 80, art. 8; Villalobos, part. 1, tr. 7, diff. 39, n. 1; Reginaldus, lib. 29, n. 118, secundam sententiam tuentur, ut notat Lugo, illam nimirum quae universe affirmat communionem impediri.

Juxta a-
lios, sol-
vunt jeju-
num.

Distin-
guendum:
res omnino
indigestibi-
les non sol-
vunt.

Secus, res
digestibi-
les.

sententiae adversatur D. Thomas¹. Nam oportet integrum textum animadvertere S. Doctoris, qui sic ait: *Et ideo neque post assumptionem aquae vel alterius cibi aut potus, vel etiam medicinae..., licet hoc sacramentum accipere; nec refert utrum aliquid hujusmodi nutriat vel non nutriat*. Nota τὸ αλιγιδοντα. Ergo illud *nutriat vel non nutriat*, D. Thomas refert solum ad res mox a se recensitas *cibi aut potus*; inter quas etiam numerat medicinam, quae multoties non est nutritiva. Praeterea posset accidere quod cibus illico evomatur, et sic non nutrit; et ideo dixit *aliquid hujusmodi* impedire communionem, sive *nutriat* sive *non nutrit*.

Secus vero dicendum cum praefatis auctoribus de rebus digestibilibus, quae a stomacho alterari, et in substantiam hominis converti possunt; prout sunt charta, palea, filum ex lino, pulvis medicinalis, cera (cum cera fere semper retineat aliquid melis admixtum). Ita Tamburinius², Viva³, Concina⁴ et Mazzotta⁵, contra Diana^d et Bernal^d. — Idem dicunt probabiliter Croix⁶, Lugo^e, Escobar^f, Viva^g et Mazzotta^h, Wigandtⁱ, de terra seu creta,

¹ S. P., qu. 80, art. 8, ad 4. — ² Method. exped. Commun., cap. 2, n. 19 et 20. — ³ De Euch., qu. 4, art. 8, n. 5. — ⁴ De Euch., cap. 11, § 8, n. 6. — ⁵ Tr. 5, disp. 4, qu. 1, cap. 4, § 3, v. *Primo*. — ⁶ Lib. 6, part. 1, num. 562. — ⁷ Lib. 20, n. 335. — ⁸ De Euch., qu. 4, art. 8, n. 5. — ⁹ Loc. cit. — ¹⁰ Tr. 12, exam. 4, n. 44. — ¹¹ Merolla, disp. 3, cap. 3, coroll. 11, num. 139. — ¹² Salas, in 1st 2nd, tr. 8, sect. 25, num. 264. — ¹³ Part. 4, tr. 3, resol. 19. — ¹⁴ De Matr., lib. 2, disp. 41, num. 40. — ¹⁵ Part. 3, tit. 9, sect. 1, dub. 3, diff. 2. — ¹⁶ Part. 3, tit. 9, rubr. 1, Nov. Observ., n. 1, v. *Rursus*. — ¹⁷ Croix, lib. 6, part. 1, n. 581. — ¹⁸ Tr. 4, cap. 7, n. 69. — ¹⁹ Loc. cit., n. 580.

Cibum de-
glutiens
post pri-
mum ictum
potest com-
municare
juxta alios.

^j Id est Cotonius, in *Summa Diana*, v. *Communionis dispositio*, num. 43; Bernal, disp. 43, n. 7, negant violare jejunium qui ceram comedere.

^k Lugo, de Euch., disp. 15, n. 32, non ita absolute loquitur, sed: « De terra etiam dubito, inquit, [quod nempe jejunium non frangat], et quando a feminis comeditur ob delectationem, sive ad diminuendum colorem, dicit violare jejunium Joannes de la Cruz..., cui consentit Diana ».

^{282.} — ^a Holzmann, de Consc., n. 180, in universum et generaliter scribit: « Si probabiliter credas te esse jejunum, licite accedis ad S. Synaxim, etsi tutius esset abstinere. » Quam doctrinam communem esse assert.

^b Idemque advertunt locis cit., Quarti, Merati, Salmant., Pasqualigo, Gabriel a S. Vincentio et Antonius a Spiritu Sancto.

quam mulieres edere solent; cum in ea aliquid inveniatur a stomacho alterabile et nutritivum.

^{282.} — Utrum autem inter plura horologia dissontantia, liceat alicui ultimum sequi ad communionem accipiendam?

Negant Merolla et Salas, apud Diana¹¹. Sed communissime affirmant Sanchez¹², Quarti¹³, Merati¹⁴, Diana¹⁵, Sporer¹⁶, Holzmann^a cum communi (ut asserit), Croix¹⁷; Lugo¹⁸ cum Fagundez, Sanctio et Villalobos; Escobar¹⁹ cum Trullench; et Salmant.²⁰ cum Pasqualigo, Gabriele et Antonio a Spiritu S. Dummodo de errore non constet; ut bene advertunt^b Lugo et Escobar. Vel modo (addo cum Croix) horologium non sit de illis quae ut plurimum errant^c; quia haec praesumentur semper errare.

Num autem possit communicare qui cibum deglutit post primum ictum, sed ante ultimum?

Affirmant Salmant.²¹ cum Trullench^d, Bressero^e, etc.; ac Gobat^f apud Croix²². Quia (ut dicunt) ultimus ictus moraliter eamdem complet horam, ita ut omnes ictus pro unico computentur. — Sed me-

Inter ho-
rologia dis-
sonantia li-
cet sequi
ultimum.

Limitatio.

quam Masti-
tatio ista in-
decens et
venialis.

3. Requi-
ritur ut res
habeat ra-
tionem cibi
aut potus.

Inter ho-
rologia dis-
sonantia li-
cet sequi
ultimum.

Capilli, li-
gnum, etc.,
juxta alios,
non sol-
vunt.

Loc. cit.

Melius negatur.

lius id negant Lugo¹, [Contin.] Tourney², Sanchez³, Escobar⁴; et Croix⁵ cum Coninck, Sanctio et communiori. Ratio, quia ad primum horae ictum media nox jam expleta est, ut mihi etiam confirmavit peritissimus horologiorum faber. — Sentio autem tamquam certum tenendum, quod tempus mediae noctis non moraliter, sed physice accipendum est. Nam si moraliter posset accipi, cur non deberet admitti opinio Caramuelis, qui dicit non impediri a communione illum qui cibum prius sumptum deglutit parum post ultimum horologii ictum? Sed hoc communiter a DD. et ab ipsis Salmant.⁶ rejicitur.

Utrum autem in dubio negativo, an transacta vel ne sit media nox, possit aliquis communicare?

Valde probabilis est, immo forte probabilior, sententia affirmativa: quam observa in Lib. I, n. 39, cum Busenbaum, Laymann, Palao, Sporer, etc.; quibus addit hic Cardenas⁷, Diana⁸, Gobat⁹; Elbel¹⁰ cum Herincx, Illsung, etc. — Quia, cum hoc praeceptum sit negativum (ut proba-

¹ De Euch., disp. 15, n. 37. — ² De Euch., cap. 6, art. 2, sect. 1, qu. 3, v. *Quoad horologia*. — ³ De Matr., lib. 2, disp. 41, n. 40, i. f. — ⁴ Lib. 20, n. 353. — ⁵ Lib. 6, part. 1, n. 580. — ⁶ Coninck, de Sacram., qu. 80, n. 49. — ⁷ Joan. Sanct., Select., disp. 42, num. 19. — ⁸ Caram., Theol. regular., in Regul. S. Benedicti, disp. 101, n. 1328, v. *Tertio*. — ⁹ Tr. 4, cap. 7, n. 69, v. f. — ¹⁰ Busenba., lib. 1, tr. 1, cap. 2, dub. 3, resolv. 6. — Laym., lib. 1, tr. 1, cap. 5, n. 36. — Palau,

vimus Lib. I, n. 38) de non accedendo ad Eucharistiam post comedionem, non teneris ab illa abstinere, quamdiu non es certus, et tanto magis si nullam habeas rationem probabilem te comedisse: tunc enim adhuc manes in possessione tuae libertatis f).

283. — « 4° Non est peccatum, per se loquendo, cibum sumere (vel exspuere, « Tamburinius¹¹) statim a communione, ut ex S. Thoma docent Azor, Sanchez¹², Bonacina¹³. Unde eum qui paulo ante medium noctis coenasset in dominica priorie Nativitatis Domini, posse nihilominus statim post medium noctem celebrare, docent Diana¹⁴ et alii tres¹⁵). [Vide n. 289, v. *Hic*]. — « Etsi ob sacramenti reverentiam consilii sit abstinerere, donec species sint consumptae: quod saltem intra dimidium quadranteum in laico (in sacerdote, intra quadranteum fieri, certum videtur cardinali de Lugo¹⁶), ex judicio medicorum a se consultorum. Tamburinius¹⁷ autem ex Joanne Sanchez¹⁸ notat citius a valido quam debili stomacho; regulariter tamen

tr. 1, disp. 8, punct. 8, n. 8 et 9. — *Spor.*, part. 2, cap. 6, n. 474. — *Cris.*, disp. 26, n. 87. — ⁸ Part. 3, tr. 4, resol. 29. — ⁹ Tr. 4, num. 280. — ¹⁰ De Euch., n. 101. — *Herincx*, de Euch., disp. 6, n. 59. — *Ils.*, tr. 6, disp. 4, num. 122. — ¹¹ Method. expedit. Commun., cap. 3, § 2. — ¹² S. Thom., 3 P., qu. 80, art. 8, ad 6. — *Azor*, part. 1, lib. 10, cap. 30, qu. 2, v. *Sed, ut constat*. — ¹³ Disp. 4, qu. 6, punct. 2, n. 25. — ¹⁴ Part. 3, tr. 4, resol. 44.

n. 107, id probabile putat; et Gobat, tr. 4, n. 277, dictum Bresseri approbat, sed addit: « Nollem tamen recedere a sensu communi».

f) Omnes autores hic citati loquuntur simpliciter *de dubitate*; Gobat tamen loquitur de eo qui dubitat « ob rationes occurrentes utrinque ». Et hunc dicunt posse communicare, quod Laymann non improbable putat. Idemque videtur sentire Palau, appellans *num. 9*, contrariam sententiam magis probabilem. — Busenbaum tamen, lib. I, loc. cit., videtur forte adhaerere potius sententiae, quae negat eum posse communicare. — Quoad hoc jejunium sedulo notandum est responsum S. Poenit., die 29 Nov. 1882, quo declaravit:

« Fideles, in jejunio naturali servando et in officio divino recitando, sequi tempus medium posse, sed non teneri. » Atque hoc idem jam antea, id est 18 Jun. 1873, S. Poenit. declaraverat, dicens posse quidem sed non teneri fideles Neapoli, in servando naturali jejunio aliqui que obligationibus, sequi horologia horas indicantia juxta tempus medium Romanum. Et

pariter S. R. C. declaravit, pro jejunio naturali ante communionem praescripto, horologii publicis stari posse, *Decr. auth.*, n. 3365, ad 9.

283. — a) Omnes isti autores videntur a Busenbaum citari ex Bonacina; sed bona pace illius, nec Sanchez a Bonacina hic allegatur, nec tenet hanc sententiam.

b) Diana haec sane docet, sed solummodo cum Henriquez, quidquid dicat Busenbaum.

c) Lugo, *de Euch.*, disp. 10, n. 54, ex consilio medicorum affirmit: « Particulam communem, quae laicis ad communionem dari solet, regulariter et de mediocri stomacho loquendo, alterari et corrumphi in horae minuto, hoc est in sexagesima horae parte... Unde, loquendo de sacerdote, qui majorem hostiam accipit et vini species, dicebant in semiquadrante horae species non continere amplius Corpus et Sanguinem Christi. Quam doctrinam si quis ad quadrantem velit extenderet, videtur jam extra omne prorsus dubium aut periculum se constituisse ».

d) Tamburinius, loc. cit., § 4, n. 4, haec

« ab omnibus intra horam consumi; refert que infirmum quemdam post medium horam species integras rejecisse ».

Omnis convenient, congruum quidem esse ut communicantes per aliquod temporis intervallum abstineant ab exspuendo. Dicunt tamen Holzmann¹⁹, Wigandt²⁰ et Croix²¹ nullum esse peccatum exspuere post communionem, si nullum hostiae fragmentum remanserit in ore.

An autem licet edere vel bibere statim post communionem?

Olim²² praecipiebatur jejunium post communionem usque ad Sextam; sed hoc praeceptum jam diu est abrogatum, ut docuit adhuc ex suo tempore D. Thomas²³. Unde dicit Holzmann²⁴, hodie nullo modo peccare qui comedit statim post communionem. — Sed hoc rectius non admittit Croix²⁵ cum Suarez²⁶, Aversa²⁷, Quarti²⁸ et Dicastillo²⁹: nisi adsit aliqua causa; puta si religiosus post Missam, dato signo debeat ad mensam accedere. Alias, talis comestio, dum adhuc in stomacho perseverant species consecratae, ob aliquam irreverentiam non excusatur a culpa ve-

¹ De Praec. Eccl., n. 76. — ² Tr. 12, exam. 4, n. 45. — ³ Lib. 6, part. 1, n. 554. — ⁴ 3 P., qu. 80, art. 8, ad 6. — ⁵ De Praec. Eccl., num. 76. — ⁶ 3 P., qu. 80, art. 8, ad 6. — ⁷ Coninck, qu. 80, art. 8, n. 51. — ⁸ Bonac., disp. 4, qu. 6, num. 43.

omnia habet; sed adducit Joannem Sanchez solum pro ea parte qua docet species sacras regulariter digestas esse post horam, quod revera tenet Sanchez, *Select. disp. 38, n. 2, v. f.*

e) Can. Tribus 23, *de consecr.*, dist. 2, haec sanciebat: « Si... mane dominica portio editur, usque ad Sextam jejunum ministri, qui eam consumserunt; et si tertia vel quarta hora acceperint, jejunum usque ad Vesperam ».

f) Croix, lib. 6, part. 1, n. 559, ita scribit: « Post communionem, non statim bibendum aut comedendum, quia reverentia erga spirituale cibum videtur hoc postulare.... Attamen... docent Suarez, Aversa... Quarti..., si adsit causa aliqua, ne quidem esse veniale. »

Et afferit postea exemplum religiosi, quod memoratur infra a S. Alphonso, et pro quo adducit Dicastillum. — At re vera Suarez, disp. 68, sect. 4, i. f.; Aversa, qu. 8, sect. 8, i. f.; Quarti, part. 2, tit. 12, dub. 5, i. f., absolute negant esse praeceptum in hoc, et solum dicunt expedire regulariter propter decentiam et ex congruitate, aliquo tempore post communionem abstinere a communi cibo et potu. — Dicastillus vero, tr. 4, *de sacr. Euch.*, disp. 9, dub. 17, append., n. 413, dicit licitum

niali; ut dicunt autores citati, ex D. Thoma⁶, qui docet: *Debet... esse aliqua mora inter sumptionem hujus sacramenti et reliquos cibos*.

Quanto autem tempore perdurent in stomacho species consecratae? — Vide dicta n. 225.

284. — « Dixi in responsione: *Regula riter*. — Quia non jejunus licite communicat in sequentibus casibus (si quidem jejunus non possit sine notabili incommodo, ut monet²⁰ Coninck et Bonacina, apud Diana²¹):

*¹ In periculo mortis: sive illud sit ex morbo, vulnere, veneno; sive ex sententia judicis²². — Et quidem in eodem morbo, etsi non tenearis, potes tamen post aliquot, v. gr. sex, septem, vel etiam, ut putat Laymann²³, duos dies (etsi quoad hoc, potissimum attendendum esse ad consuetudinem, moneat card. de Lugo) repetere viaticum non jejunus. Dummodo nequeas jejunus super mere, et periculum mortis recurrat, ut docetur communiter; vel, etsi maneat, ut (contra Vasquez, Praepositum et alios)

Non jejunus quaque licite communicat.

In periculo mortis, et plures in eodem.

« docent Navarrus ^{a)}, Toletus ^{b)}, Reginaldus ^{c)}, Suarez, card. de Lugo ^{d)}.

« Immo, etsi non liceat aegro ex sola devotione communicare, fracto jejunio; si tamen morbus esset diuturnus, nec posset dari communio nisi post medicinam, probabile esse id licere, docent Armilla ^{e)}, Toletus ^{f)}, Coninck ^{g)}, Reginaldus ^{h)}, Henriquez ⁱ⁾, Suarez ^{j)}, Escobar ^{k)}, etc. — Quorum aliqui exigunt longum intervallum, v. gr. triginta dies rum'; ut Navarrus ^{j)} et Villalobos ^{j)}. Alii octo vel decem dies; ut Suarez ^{k)}, Henriquez ^{k)}, Fagundez ^{k)}. Alii septem; ut Silvius ^{k)}. Alii sex; ut Armilla ^{l)}, Zambranus ^{k)}, Possevinus et Filiuccius ^{m)}, quos sequitur Diana ⁿ⁾. Alii permittunt toties quoties sano posset dari jejuno: ita Escobar ^{o)} ex Hurtado. Alii denique, posse sequenti statim die dari ob justam causam, ut si propter consuetudinem, et desiderium aut devotionem

Suar., disp. 68, sect. 5, dub. 1. — ¹ De Euch., disp. 15, n. 64 et seqq. — Possev., cap. 8, n. 21 et 22. — ² Part. 2, tr. 14, resol. 77. — ³ Tract. 7, exam. 6, cap. 5, num. 88 (edit. Lugdun. s. d.; al. n. 62, v. med.). — Gasp. Hurtad., disp. 9, diff. 16, i. f. Lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 20. — ⁴ De Euch., disp. 15, n. 65 et 66. — ⁵ Disp. 68, sect. 5, dub. 1. — ⁶ Loc. cit., n. 20. — ⁷ De Euch., cap. 9,

« difficulter abstineat, et moraliter videatur instare periculum mortis. Sic Laymann ⁴⁾. — Verum ea in re loci consuetudo spectanda est: quae nunc saltem videtur permettere, ut quando morbus et periculum diu protrahitur, post se ptem vel octo dies iterum detur communio non jejuno. Vide card. de Lugo ⁵⁾.

285. — Quaeritur: an liceat communio nem iterum ministrare infirmo non jejuno, qui jam viatico munitus est?

Quidquid dicant aliqui, vera et communis est sententia affirmans: quam tenet Suarez ⁶⁾, Laymann ⁷⁾, Concina ⁸⁾, Holzmann ⁹⁾; [Contin.] Tournely ¹⁰⁾ cum Toletto, Silvio, Witasse, etc.; ac Lugo ¹¹⁾ cum Sà, Armilla, Soto ^{a)}, Coninck, Victoria ^{a)} et aliis passim. Testaturque Benedictus XIV ¹²⁾, nullum theologum alicujus nominis hanc sententiam negare. — Ratio est, quia hoc sacramentum aegrotis non datur praecise ad satisfaciendum pracepto, sed in pra-

num 16. — ¹ De Praec. Eccles., num. 73, v. Dixa 5. — ² De Euch., cap. 6, art. 2, sect. 1, qu. 4, v. Dico 3, § Duo hic. — ³ Tolet., lib. 6, cap. 15, n. 2, i. f. — ⁴ Silvius, in qu. 80, art. 8, v. Caeterum. — ⁵ Witasse, de Euch., qu. 9, art. 1, v. Quaeres 5. — ⁶ De Euch., disp. 15, n. 64. — ⁷ Sà, v. Eucharistia, n. 5. — ⁸ Armill., v. Communio, num. 18. — ⁹ Coninck, qu. 80, art. 8, n. 53. — ¹⁰ De Synodo, lib. 7, cap. 12, n. 4.

^{a)} Navarrus, consil. 41, de poenit. et remissione, negat fieri posse regulariter, nisi quis « diu aegrotaret ». At in Man., cap. 21, n. 53: « Infirmus, inquit, sequentem diem exspectare commode non valens, communicare potest » post sumptionem cibi vel potus.

^{b)} Toletus, lib. 6, cap. 15, n. 2, i. f., communio infirmis non jejuniis ita concedit: « Infirmis per modum viatici potest conferri etiam non jejuniis; et in eadem infirmitate potest saepe conferri etiam non jejuniis, si per aliquot dies pericula mortis evadant, saltem per octo post praecedens viaticum ».

^{c)} Reginaldus, lib. 29, n. 120, id tantummodo permittit, si aegrotus post sumptum viaticum, in vita « perseveret diutius, ut ad octo vel decem dies », et « moraliter loquendo, non possit jejonus » communicare.

^{d)} Armilla, in mea saltem editione, dicit, v. Communio, n. 18: « Infirmus semel pro viatico communicatus, si supervivat, potest iterum communicari pro viatico, etiam non jejuniis, imminentे casu... Et devotione etiam jejuniis, pluries potest communicare in eadem infirmitate. — Coninck, loc. cit., n. 52 et 53, id tantummodo concedit in periculo mortis, sicut et ipse Suarez, loc. cit.

^{e)} Henriquez, lib. 8, cap. 50, n. 1, dicit

posse dari viaticum infirmis non jejuniis, « nec tantum semel, sed ei qui non jejonus ante hebdomadam communicavit, licebit iterum atque iterum non jejuno Eucharistiam dare, cum semper habeat rationem viatici. »

^{f)} Escobar, tr. 7, exam. 6, cap. 5, n. 88, (al. n. 62) v. Quoniammodo, id habet ex Hurtado, quem non reprobavit.

^{g)} Nec Navarrus, loc. cit., hanc determinationem habet; nec Villalobos, part. 1, tr. 7, diff. 39, n. 8, eidem adhaeret.

^{h)} Suarez, loc. cit.; Fagundez, de 3 Praec. Eccl., lib. 3, cap. 5, n. 20; Silvius, qu. 80, art. 8, v. Caeterum; Zambranus, Decis. cas. tempore mortis, cap. 3, de Euch., dub. 5, n. 4, loquuntur de casu quo adest mortis periculum. — De Henriquez, vide notam h.

ⁱ⁾ Armilla, loc. cit., hanc determinationem non habet.

^{j)} Filiuccius, tr. 4, cap. 8, n. 238, dicit quidem infirmum non jejuniū posse communicare pluries, « et si quidem sit in eodem casu infirmitatis, hebdomada saltem debet interponi... Quodsi sit diversus casus infirmitatis, intra pauciores dies potest communicare ». — ^{k)} Quamvis Lugo hic citet Sotum in 4, dist. 12, qu. 1, art. 8, concl. 2; Victo-

Etsi idem
sit pericu-
lum.

sodium contra tentationes quae tempore mortis magis urgent.

Et hoc, non solum si novum recurrat periculum, sed etiam si idem perduret; ut dicunt Silvester ^{b)}, Elbel ^{c)} — qui testatur hanc esse communem proxim Eccliesiae — et Suarez ¹, Laymann ²; Holzmann ³ cum Soto ^{a)}, Toletto ^{d)}, etc. Idemque docet Benedictus XIV ⁴, ubi sic addit:

*Episcopus... parochis insinuet posse et debere.... viaticum in eadem infirmitate iterum et tertio administrari, praesertim si ipsimet aegrotantes iterum coelestem illum panem esuriant; et si velit, poenam etiam in parochos decernat qui post plurimum temporis, Eucharistiam ad eundem infir-
mum, eam devote efflagitantem, falsis qui-
busdam et emendicatis praetextibus denuo deferre obstinate detrectant. — Neque huic*

adversari Vasquez dicit idem Benedictus

(ut male asserunt Busenbaum et Lugo).

Nam Vasquez tantum loquitur de obliga-

tione praeepti, cui censem satisfieri per

unicam perceptionem Eucharistiae ^{e)}.

Sed dubitatur 1º. *Quanto tempore debeat distare una communio ab alia?*

¹ Disp. 68, sect. 5, dub. 1. — ² Lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 20. — ³ De Praec. Eccl., n. 73, v. Dixa 5. — ⁴ De Synodo, lib. 7, cap. 12, n. 5, v. f. — ⁵ De Euch., cap. 9, n. 16. — ⁶ De Euch., cap. 6, art. 2, sect. 1, qu. 4, dico 3, v. Quoto autem. — ⁷ Tr. 4, cap. 7, n. 76. — ⁸ Lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 20. — ⁹ Lib. 20, n. 365. — ¹⁰ De Euch., cap. 6, qu. 4,

ria, Sum., de Euchar., n. 83; attamen tam Sotus quam Victoria hanc sententiam de via-
tici iteratione omittunt.

^{b)} Silvester, v. Eucharistia III, n. 8, qu. 6, haec dumtaxat habet: « Aliquo tamen casu licet non jejuno communicare, ut quando infirmus exspectare non potest propter periculum mortis vel phrenesis ».

^{c)} Elbel, de Euch., n. 129, casum praesentem ex Laymann utique afferit; sed communem esse ait sententiam, juxta quam, « si diutius decumbat, illudque [sacramentum] ad animae suae salutem ac solatium postulet, debet illud saepius administrari... tametsi nequeat illud sumere ut jejonus ».

^{d)} De Toletto vide notam e ad num. praecedentem.

^{e)} Quidquid dicat Benedictus XIV, loc. cit., n. 4, i. f., Busenbaum, et Lugo, disp. 15, n. 62, recte citant Vasquez contra hanc sententiam; nam Vasquez, disp. 211, n. 38 et seqq., plane et expressis verbis eidem adversatur: « Existimo igitur, inquit, aegrotum post sumptam Eucharistiam ut viaticum, sive jejonus sive non jejonus illam sumpserit, in eadem aegritudine

Communior sententia censem distare debere octo diebus circiter. Ita Busenbaum (ut supra, n. 284, in fine), Concina ⁵, [Contin.] Tournely ⁶, ex antiquo Rituall Romano; Escobar ^{f)} cum Silvio ^{f)} et Filiuccio ^{f)}; ac Salmant. ⁷ cum aliis.

— Sed non improbabiliter Laymann ⁸, Escobar ⁹; et Roncaglia ¹⁰ cum Hurtado ^{g)}, dicunt quod infirmus assuetus saepius ex devotione communicare, bene possit altero die statim post viaticum sumptum suscipere communionem non jejonus. — Idque in singulis diebus admittunt Palauis ¹¹; et Armilla ^{h)} ac Dicastillus, apud Croix ¹²; et probabile putat Tamburinius ¹³.

Dubitatur 2º. *An, si quis communicaverit paucis ante diebus ex devotione, tenetur sumere viaticum superveniente periculo mortis?*

Prima sententia communior negat, etiamsi communio praecesserit octo circiter diebus. Hanc tenent Laymann ¹⁴, Lugo ¹⁵ cum communi (ut asserit), Roncaglia ⁱ⁾; Bonacina ¹⁶ cum Coninck, Angelo ^{j)}, Filiuccio ^{k)}, Tabiena ^{k)}, Henriquez,

resp. 3. — ¹¹ Tr. 21, punct. 13, n. 14. — ¹² Dicast., tr. 4, de Euch., disp. 9, dub. 17, n. 324. — ¹³ Lib. 6, part. 1, n. 613. — ¹⁴ Method. expedit. Commun., cap. 5, num. 24. — ¹⁵ Lib. 5, tr. 4, cap. 5, num. 4. — ¹⁶ De Euch., disp. 16, num. 39. — ¹⁷ Disp. 4, de Euch., qu. 7, punct. 1, num. 2. — ¹⁸ Coninck, qu. 80, art. 11, n. 98. — ¹⁹ Henrig., lib. 8, cap. 4, n. 2, i. f.

Qui paulo
ante com-
municavit,
non tenetur
ad viati-
cum.

Etim al-
tero die post
viaticum.

Opinio probabilis, si periculum mortis naturaliter accidat.

Probabilis teneritur.

Molfesio; Suarez¹ (qui cum Soto et Paludano eam tenet²), si communio triduo ante sit suscepta). Et probabilem putant Palaus³ et Salmant.⁴ — Ratio: tum quia praeceptum communionis jam in substantia impletum est per communionem prius perceptam; tum quia ideo tenetur homo communicare in articulo mortis, ut hoc sacramento se praeparet ad transitum ex hac vita: sed jam censemur satis se praeparasse qui paulo ante communicavit. — Haec sententia est satis probabilis, saltem, ut dicunt Suarez⁵ et Lugo⁶, si periculum mortis naturaliter accidat; quia tunc in illo brevi tempore antecedenti jam moraliter coepit immovere, quamvis fuerit ignoratum.

Secunda vero sententia probabilior affirmit: quam tenent Vasquez⁷, Palaus⁸, Concina⁹; [Contin.] Tournely¹⁰ cum Habert; Diana¹¹ cum Hurtado¹², Turriano¹³, Ochagavia¹⁴, etc. Et huic magis adhaerent Salmant.¹⁵ — Ratio, quia hoc divinum mandatum ex interpretatione Ecclesiae praecise obligat instante periculo mortis, ut contra hostes hoc divino prae-

Molfes., tr. 8, cap. 8, num. 96. — ¹ Disp. 69, sect. 8, v. Rogabis. — Sotus, in 4, dist. 12, qu. 1, art. 11, v. Ex his ergo. — ² Palud., in 4 sent., dist. 9, qu. 1, art. 1, Dubium (n. 17). — ³ Tr. 21, punct. 14, n. 7. — ⁴ Tr. 4, cap. 8, n. 5, cum n. 7. — ⁵ In 3 P., disp. 214, cap. 2, n. 13 et 14. — ⁶ Tr. 21, punct. 14, n. 7. — ⁷ De Euch., cap. 9, n. 14. — ⁸ De Euch., cap. 7, art. 2, sect. 2, v. Quaeres 1 an viatici. — ⁹ Habert, de Euch., cap. 22, qu. 4. — ¹⁰ Tr. 4, cap. 8, n. 7. — ¹¹ Part. 5, tr. 3, resol. 33. — ¹² Casp. Hurtad., de Euch., disp. 10, diff. 2, v. Unde. — ¹³ De Euch., cap. 6, qu. 4 resp. 1. — ¹⁴ Marin., tr. 21, disp. 9, sect. 1, num. 13 et 15. — ¹⁵ De Synodo, lib. 7, cap. 11, n. 2, v. f.

v. Communicare, n. 16, ita tenent casu quo paulo ante periculum communicaverit.

¹⁾ Quin etiam Suarez id dicit, si octo aut decem diebus antea communicaverit. Et adducit Paludanum id significantem, et Sotum clarissim loquenter, ut ait. Sed revera Paludanus, loc. cit., id concedit expresse, si « hebdomada vel quindena » transierit a communione; Sotus vero negat solum teneri ad viaticum suspicendum eum qui « paulo ante sumpisset » Eucharistiam.

²⁾ Suarez, disp. 69, sect. 3, v. Rogabis, rationem hic a S. Alfonso allatam dumtaxat habet, quod utique satis innuit sermonem ibi esse de periculo naturaliter accidente. — Lugo, disp. 16, n. 53, omnia haec asserit; sed loquitur de eo qui cum jam aegrotaret, eodem die ex devotione communicavit.

³⁾ Diana, part. 5, tr. 3, resol. 33, a fortiori censemur haec innuere, cum loquatatur de casu de quo inferius dub. 3 disputabit S. Alphonsus; et ait teneri ad communionem iterum accipendam, qui eodem die ex devotione jam communicavit. — Et id ipsum tenet

silio muniamur; ergo non impletur per communionem ex devotione susceptam. Sicut enim non potest satisfieri debito priusquam contrahatur, ita nec satisfieri praecepto antequam ejus urgeat obliatio.

Nec obstat dicere quod qui paulo ante communicavit, jam sufficienter se munierit; unde jam satisfecit fini praecepti. Nam si hoc valeret, qui pridie Palmarum communicasset, nec teneretur ad communionem paschalem: sed hoc nemo dicet. Vide dicta n. 297, v. Dicit autem.

Dubitatur 3^o. An qui mane communicavit ex devotione, teneatur aut possit viaticum sumere. — Adsunt tres sententiae:

Prima sententia affirmat teneri; quia tunc suscipiendum est viaticum ad implementum praeceptum divinum. Hanc tenet Diana¹ cum Hurtado, Turriano², Ochagavia³; et⁴ cum Pellizzario⁵, Leandro⁶, Dicastillo⁷, etc. — Secunda sententia dicit non teneri, sed posse communicare. Sic tenent Roncaglia⁸; Gobat⁹ et Marinus, apud Benedictum XIV¹⁰. Et

Qui eodem die mane ex devotione communicebat, juxta alios teneatur ad viaticum.

Juxta alios, non teneatur, sed potest recipere viaticum.

Damnati
ad mortem,
quando pos-
sent sumere
non jejuni.

Damnati autem ad mortem bene possunt communicare non jejuni, si iudex nolit tamdiu executionem mortis differre, ut jejuni communicare possint; ut recte dicunt Salmant.¹ et Wigandt.²

Dubitatur 4^o. *An sacerdos ministrans viaticum possit aliquando omittire verba illa in Rituali praescripta: Accipe viaticum, etc.?*

Negant Clericatus³; et Tamburinius⁴, Quarti⁵ ac card. Brancatius, apud de Alexandris⁶. — Tum quia (ut dicunt) praedicta verba sunt valde proficia, utpote ab Ecclesia ordinata: tum quia Rituale Romanum facit jus quoad ea quae in ipso praesribuntur, cum Paulus V in sua bulla dixerit: *inviolate observent*.

Probabiliter vero affirmant ipse de Alexandris⁷, et Tonellius⁸ ex Pasqualigo⁹: casu quo infirmus magna animi tristitia communionem per modum viatici sit suscepturus. Ad satisfaciendum enim praceptum viatici non requiritur intentio satisfaciendi; sed sufficit ut ponatur opus praecipuum (juxta dicta de Horis can., Lib. IV, n. 176, ad I, v. *Sed probabilitus*): aut saltem sufficit intentio interpretativa satisfaciendi obligationi quae magis urget. — Quoad illa autem verba in Rituali praescripta, respondet de Alexandris cum Pignatelli⁵, quod non omnia in Rituali pra-

¹ Tr. 4, cap. 7, num. 82. — ² Tr. 12, exam. 4, n. 49. — ³ De Euch., decis. 19, num. 11. — *Francisc. Brancat.*, opusc. de Sacro Viatico, fol. 156 (edit. Rom. 1672). — ⁴ Confessor. Monial., cap. 11, § 6, qu. 24. — ⁵ Paul. V, bulla *Apostolicae Sedis*, 17 Jun. 1614, in Rituali Rom. inserta. —

scripta cadunt sub paecepto. Sed quae-dam ibi praecipiuntur sub obligatione aliunde proveniente; quedam vero praescribuntur tantum de decentia: nec Pontifex extrahit ea ab ordine suo, sed solum efficit quod intra ordinem suum recte procedant. Verba enim bullae haec sunt: *Quapropter hortamur... episcopos..., vicarios..., parochos, etc., ut in posterum.... constituto Rituali in sacris functionibus utantur; et in re tanti momenti, quae catholica Ecclesia, et ab ea probatus usus antiquitatis statuit, inviolate observent.* Ergo rō *inviolate observent* tantum respicit ea quae (aliunde) Ecclesia et probatus usus antiquitatis statuit.

Caeterum, quidquid sit de hoc punto, etiamsi omnia in Rituali caderent sub paecepto, nullo modo potest dici quod praecipuum proferendi illa verba inducat gravem obligationem; verba enim quae substituuntur: *Corpus Domini nostri Jesu Christi, etc.*, re ipsa idem significant et operantur. — Ad excusandum vero a peccato veniali, in casu nostro bene sufficiens erit causa mutandi illa verba, ne infirmus magno moerore afficiatur.

286. — « Denique, licet probabile vi-deatur Filliuccio⁶ et cardinali de Lugo⁷ id quod docet Major⁸, Fernandez de Heredia⁹, etc. (Laymann¹⁰ limitat

Quid de non jejunio celebrante ad dandum alteri viaticum.

torio domestico; semel vero aut bis in mense pro reliquis, etsi aliquid per modum potus antea sumperint.... » Et cum dubium de sensu hujus decreti exortum esset, ab eadem S. C. quæsitus fuit: « An nomine infirmorum qui a mense decumbunt... intelligantur solummodo infirmi qui in lecto decumbunt, an potius comprehendantur quoque qui, quamvis gravi morbo correpti et ex medici iudicio naturale jejunium servare non valentes, nihilominus in lecto decumbere non possunt, aut ex eo aliquibus horis diei surgere queunt ». Et S. C., die 6 Martii 1907, respondendum censuit: *Comprehendi, facto verbo cum Sanctissimo ad cautelan.* Quam resolutionem, SSfus, die 25 Martii, « ratam habere et confirmare benigne dignatus est et publicari mandavit ».

¹⁰ Tamburinius, *Meth. celebr. Miss.*, lib. 2,

cap. 5, § 1; Quarti, *Quaest. prooemial.*, sect. 5, non hunc casum, sed rationem qua fulciri potest, afferunt; et ita a Brancatio allegantur: nimurum, quasdam esse ceremonias in admistrandis sacramentis et in liturgicis actionibus, quae absque peccati labe praetermitti nequeunt.

⁹ De Alexandris, loc. cit., adducit Tonellum, qui ex Pasqualigo, ut ait de Alexandris, dicit in allato casu omittenda esse haec verba. At Tonellius, *Sacr. Enchirid.*, lib. 1, cap. 1, § 12, n. 6, asserit expedire ut omittantur. — Pasqualigo autem a Tonellio citatur pro alia quaestione, quidquid dicat de Alexandris.

286. — ^a Major non satis accurate citatur hic a Busenbaum (sicut nec inferius a cardinali de Lugo); scribit enim in 4, dist. 9, qu. 3, v. Quinto: « Puto licere sacerdoti clan-

« ad casum necessitatis, quo moriturus aliud sacramentum suspicere non posset, et scandalum cessaret), posse non jejunum celebrare ad dandum alteri viaticum, eo quod hoc sit juris divini, jejunum vero ecclesiastici tantum (ideoque non tantum posse, sed etiam teneri dicat Granado¹): — id tamen merito communiter rejicitur. Tum quia contrarium probat praxis; tum quia major est habenda ratio sacramenti, quam aliqualis necessitatis proximi; tum quia paeceptum viatici non obligat quando non potest rite dari. Ita Bonacina ex Coninck; Hurtadus², Suarez³, Vasquez, etc., com muniter; docetque card. de Lugo esse probabilius. Vide Diana⁴.

« Sacerdos autem morti (sive naturali sive violentiae) vicinus, celebrare sine dubio potest non jejunus, ad dandum sibi viaticum, si illud aliter haberet non potest; quia non plus est celebrare quam communicare sumpto cibo. — Card. de Lugo⁴, Laymann⁵, Diana⁶ ».

Quaeritur: *Utrum sacerdos ad viaticum ministrandum possit celebrare non jejunus?*

Prima sententia affirmat, et tenet Pater Concina⁷; item Major⁸, Fernandez

¹ In 3 P., controv. 6, de Euch., tr. 10, disp. 8, n. 12. — Bonac., disp. 4, de Euch., qu. 6, punct. 2, n. 24. — Coninck, qu. 80, n. 56. — ² De Euch., disp. 9, diff. 17, v. f., v. Tandem. — Vasquez, disp. 211, cap. 5, n. 62. — Lugo, disp. 15, n. 68. — ³ Part. 3, tr. 4, resol. 33. — ⁴ Disp. 15, n. 69. — ⁵ Lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 20. — ⁶ Part. 5, tr. 3, resol. 36. — ⁷ De Euch., dissert. 1, cap. 11, § 8, n. 7. — ⁸ Fernand., de Sacr. Euch., part. 8, de Suscipient., dub. 2, n. 8. — ⁹ Loc. cit., n. 67. — ¹⁰ De Euch., qu. 4, art. 8, cap. 9, n. 1; et cap. 50, n. 1. — Vasq., disp. 211, cap. 5, n. 62.

culum ecclesiam adire post meridiem [id est non jejunio, ut habet in ipso quaesito], et hostiam consecrare solum in secreto dicendo verba consecrationis, et Eucharistiam ad infirmum deferre; sed non dicat Missam nec vestes sacerdotales induat propter scandalum ».

^b Suarez, disp. 68, sect. 5, dub. 2, probabilem putat priorem sententiam, sed addit: « Nihilominus auctores frequentius censem hoc non licere ». Quod fuse probat, concludens tamen: « Nihilominus... si constituantur casus, in quo revera sequatur scandalum verum et grave, quod aliter vitari non possit, non dubito quin propter illud vitandum, cestet obligatio hujus paecepti ».

^c Zambranus, *Decis.*, cas. tempore mortis, cap. 3, de Euch., dub. 6, n. 3, ait: « Credo rarissime posse esse locum huic sententiae....

et Zambranus^c, apud Lugo^d. Et probabilem vocant Escobar^e, Viva^f, Diana^g; et Lugo^h cum Filliuccio; et [Contin.] Tournelyⁱ eam non audet redarguere. — Ratio: tum quia hoc casu paeferendum est paeceptum divinum ecclesiastico; tum quia idem paeceptum ecclesiasticum, cum permittat moribundo communicare non jejunio, etiam permittere censem sacerdoti non jejunio celebrare, ut infirmus communicet.

Secunda vero sententia, communis et probabilius, negat. Et hanc tenent (cum Busenbaum, ut supra, qui asserit oppositam communiter rejici, sed hoc immrito), Suarez^b, [Contin.] Tournely^j, Salmant.^k, Renzi^l; et Lugo^m cum Navarro, Silvio, S. Antonino, Soto, Coninck^o, Silvestro, Armilla, Victoria, Henriquez et Vasquez, qui contrariam improbabilem vocat. — Ratio, quia, licet paeceptum sumendi viaticum sit divinum, et paeceptum non celebrandi post cibum sit tantum ecclesiasticum; tamen hoc in substantia etiam est divinum, propter reverentiam sacramento debitam, quae non excusat eo casu ob utilitatem moribundi, cum sacramentum hoc non sit tantae necessitatis. Et sic respondeatur ad

Communi-
ter et pro-
babilius ne-
gatur.

Remitto tamen saniori consilio an id possit in casu, in quo moriens non posset recipere aliud sacramentum, cessante omnino scandalo ». Et adducit rationes probantes fieri posse; et jam in dubio summario dixerat: « Non caret probabilitate etiam tunc posse celebrare non jejunum, quando alter periclitans, nullum aliud sacramentum posset recipere, cessante scandalo ». Citatur tamen a Lugo, quasi simpliciter affirmet id esse licitum.

^d Diana, part. 8, tr. 1, resol. 78, adducit cardinalem de Lugo existimantem id esse probabile; non tamen explicat quid ipse de hac opinione sentiat.

^e Coninck, qu. 80, n. 56, sententiam hanc utique tenet, eam tamen his verbis limitat: « Nisi alias grave scandalum oriretur ».

Responde-
tur ratione-
bus opposi-
tis.

primam rationem oppositae sententiae. — Respondet autem ad secundam: quod ideo permittitur moribundo non jejunio communicare, quia in eodem concurrunt tam praeceptum ecclesiasticum de jejunio, quam divinum de sumendo viatico, quod eo casu praeferriri debet.

Secus vero est de sacerdote: cum ipse unico tantum praecerto obstringatur, scilicet non celebrandi nisi jejunus; nec ipse potest illud violare, ut moribundus suum adimpleat praeceptum, ad quod eo casu nec etiam moribundus tenetur, cum per ipsum non stet. — Neque obstat dicere quod sicut potest sacerdos conscius mortalitis celebrare sine praevia confessione ad dandum viaticum; ita etiam sine jejunio. Tunc enim ex Tridentino ipsa necessitas ministrandi viaticum excusat; cum possit sacerdos per contritionem se disponere, et sic obicem auferre. Sed non jejunus, cum non possit deinde tollere obicem violati jejunii, non potest irreverentiam evitare; juxta dicta in simili casu, n. 262, *Dubit.* 2.

Prior opinio, proba-
bilis; altera,
probabi-
lia.

Primam sententiam probabilem puto. — Sed haec secunda probabilior mihi videtur. Nisi, ut recte dicunt Laymann¹, Bonacina², et Escobar³, moribundus non posset sacramento Poenitentiae vel Extremae Unctionis muniri; nam eo casu, Eucharistia poterit esse sacramentum necessitatis, ut ille ex attrito fiat contritus.

Secus vero dicendum, si sacerdos, cum esset morti proximus, deberet celebrare ad dandum *sibi* viaticum. Quia tunc bene poterit celebrare non jejunus, ut praecepto

Non jeju-
nus licite
celebrat ad
sibi dan-
dum viati-
cum.

¹) Trident., sess. 13, cap. 7, i. f. — ² Lib. 5, tract. 4, cap. 6, num. 21. — ³ De Euch., qu. 5, art. 6, num. 3, v. f. — ⁴ Lib. 20, num. 368. — ⁵ Disp. 15, num. 69, i. f. — ⁶ Loc. cit., n. 20. — ⁷ In 3 Praec. Eccl., cap. 4, qu. 11. — ⁸ Tract. 4, cap. 7, num. 77, i. f. — ⁹ Loc. cit., num. 78. — ¹⁰ Part. 1, lib. 10, cap. 33, quaer. 2. — ¹¹ Disp. 4, qu. 6, punct. 2, num. 19. — ¹² Henriq., lib. 8, cap. 50, num. 3. —

¹) Suarez, *disp. 68, sect. 5*, non expressis verbis ita docet; sed videtur innuere quatenus *initio* dicit praeceptum jejunum eucharisticum naturale non esse, sed positivum et ecclesiasticum; et deinde *dub. 2*, quaerit « an licet sacerdoti communicare post cibum et potum propter similem necessitatem [dandi viatici] non suam, sed alterius, id est ut conficiat hoc sacramentum ad communicandum aegrotum qui est in probabili periculo mor-

viatici satisfaciat; tunc enim in eadem persona concurrunt praeceptum ecclesiasticum, et divinum, quod praeferendum est. — Ita communiter cum Busenbaum, Suarez⁴, Lugo⁵, Laymann⁶, Renzi⁷, et Salmant.⁸ cum aliis passim.

^{287.} — « II^o. Si periculum sit ne Eucharistia pereat vel male tractetur, potest sumi a non jejunio, etiam laico, si alias desit », [Est commune apud Salmant.⁹ Vide dicta n. 86, *Not. II*]. — « Immo probabiliter potest etiam a praesente sacerdote laicus accipere; ut docent card. de Lugo¹⁰, Suarez¹¹ et Vasquez¹².

^{288.} — « III^o. Si grave scandalum sit oriturum ex omissione sacrificii vel communionis. — Quod tamen quidam putant vix fieri posse; eo quod occurri possit scandalo, dicendo sacerdotem casu aliquid sumpsisse, ideoque impeditum ».

Si sacerdos recordatur post consecrationem se non esse jejunum, certum est non teneri nec posse Missam deserere; cum praeceptum divinum perficiendi sacrificium praeponderet ecclesiastico communicandi jejunus. Vide Azor¹³ et Bonacina¹⁴, qui cum Henriquez, Rodriguez, Reginaldo et aliis communiter id docent.

Si autem recordetur soluti jejunii ante consecrationem, et praesertim ante canonem, debet utique desistere a Missa. Si possit sine infamiae nota aut scandalo; ut etiam communiter dicunt Lugo¹⁵, Palau¹⁶, Bonacina¹⁷, Concina¹⁸, [Contin.] Tournely¹⁹, Roncaglia²⁰; et Salmant.²¹

Rodrig., Sum., part. 1, cap. 66, num. 1. — Regin., lib. 29, num. 122. — ¹¹ Disp. 15, num. 70. — ¹² Tr. 21, punct. 18, num. 22. — ¹³ Qu. 6, punct. 1, num. 16. — ¹⁴ De Euch., dissert. 1, cap. 11, § 3, num. 10. — ¹⁵ De Eucharistia, cap. 6, art. 2, sect. 1, qu. 4, v. *Quid autem?* — ¹⁶ De Eucharistia, cap. 5, qu. 9, resp. 3. — ¹⁷ Tract. 4, cap. 7, num. 79.

tis». Quasi supponat licitum id esse propter propriam necessitatem.

^{287.} — ^{a)} Lugo, *disp. 15, n. 87*, id habet de casu quo uterque, sacerdos scilicet et laicus, non sunt jejunii.

^{b)} Suarez, *disp. 68, sect. 6, i. f.*, de solo sacerdote loquitur.

^{c)} Vasquez, *disp. 211, cap. 5, n. 57*, ait sumposse eo casu a sacerdote non jejunio, « immo etiam a laico, si nullus sacerdos fuerit ».

Eucha-
ristia lice-
sumitur a
non jejunio
in periculo
profanatio-
nis.

Item, in
periculo
gravissimi
scandalii.

Post conse-
crationem
recordans
soluti jeju-
ni, tenetur
prosequi.

Ante con-
secratio-
nem te-
netur
desiste-
re, nisi sit
scandalum.

cum Suarez²², Laymann²³, Gabriele²⁴, etc., ex D. Thoma¹, ubi ait: *Tutius reputarem maxime in casu manducationis..., quod Missam incepit desereret, nisi grave scandalum timeretur*. — Censem autem S. Bonaventura²⁵ apud Bonacina²⁶ (et probabile id putant Sotus²⁷, Angelus²⁸, Reginaldus²⁹, etc. ibid.) propter hanc rationem scandalii nunquam desistendum esse a Missa inchoata; quia fere nunquam sine scandalo illa omitti posset. E converso dicit Concina, raro in hoc posse scandalum accidere. — Melius sentio dicendum cum Tournely, semper scandalum posse timeri: nisi celebrans sit notae aut saltem presumpta probitatis.

« Dixi: *Scandalum*. Quia turbationem vel incommodum aliquod secuturum, v. gr. si celebraturus Primitias aliquid sumpsisset, non sufficere notat Praepositorum situs³⁰. — [Nisi adessent graves circumstantiae. Croix² cum Gobat. — Vide n. 257, v. *Prima*, in fine].

^{288.} — « IV^o. Si perfectio sacrificii vel communionis urgeat. — Quod fieri potest quinque modis:

¹ 3 P., qu. 88, art. 6, ad 2. — Concina, de Euch., dissert. 1, cap. 11, § 3, n. 10. — Contin. Tourn., de Euch., cap. 6, art. 2, sect. 1, qu. 4, v. *Quid autem?* — ² Lib. 6, part. 1, num. 588. — Gobat, tr. 3, num. 411. — ³ Method. celebr. Missae, lib. 2, cap. 8, § 5, num. 4. — ⁴ De Euch., disp. 15, num. 75. — ⁵ Diss. 1, cap. 11, § 8, num. 9. — Suar., disp. 85, sect. 1. — Laym., lib. 5, tr. 5, cap. 7, n. 3. — ⁶ Lib. 6, part. 2, n. 545. — ⁷ De Defectib., tit. iv, num. 5. — Suar., loc. cit. — ⁸ Tr. 4, cap. 7, n. 80. — Tambur., Method. celebr. Missae, lib. 2, cap. 8, § 5, n. 6. — ⁹ Lib. 6, part. 2, n. 535.

Eucha-
ristia lice-
sumitur a
non jejunio
urgente
perfecione
sacrificii
vel commu-
nicacionis.

« 1^o. Si pro speciebus vini sumpsit aquam, quam si advertat dum habet in ore, non est expienda ob periculum ejiciendi fragmentum hostiae, et irreverentiam; sed deglutienda. Tamburini³¹ nius³², card. de Lugo³³. [Et idem recte dicit Concina³⁴]. — « Tunc enim tenetur denuo consecrare » [utramque materiam]. — « Quod fieri etiam potest consecrando et offerendo statim, sine nova hostia ». [Ut Sotus³⁵, Suarez, Laymann, etc., apud Croix³⁶. At rubrica Missalis³⁷ utramque sententiam, nempe quod debeat consecrare novam hostiam, vel possit tantum vinum, docet esse probabilem, si in publico celebretur]. « Vide apud Suarez.

« Quod si id post Missam conclusam advertas in sacristia, omittas ». [Cum Salmant.³⁸, Coninck³⁹, Laymann⁴⁰, etc.]. — « Si autem intra Missam post sumptio nem, vel etiam ante eam, post consecrationem tamen, dubites an fuerit vinum; pro vino praesumendum esse, et pergendum ait Tamburini ». [Cum Gobat⁴¹ apud Croix⁴²: qui tamen cum

n. 16, citentur pro sola hujus opinionis probabilitate.

²²) Scilicet Praepositus, *qu. 80, art. 8, dub. 2, n. 49*, negat admirationem sufficere: « Unde [concludit] sacerdos propter similem admirationem, non potest primitias celebrare, soluto jejunio naturali ». De alio autem in commodo non loquitur.

²³) Gabriel a S. Vincentio, *de Eucharistia*, disp. 14, qu. 7, v. *Quintus casus*, universaliter dicit posse non jejunum communicare « ob vitandum scandalum vel infamiam ».

²⁴) S. Bonaventura, *in 4, dist. 13, dub. 1*, non dicit istud de praesenti casu; nec proinde satis distincte citatur a Bonacina, *disp. 4, qu. 6, punct. 1, n. 16*.

²⁵) Nec Coninck, *qu. 80, art. 8, n. 67*; nec Laymann, *lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 22*, id habent; sed alia quaedam, quae simul a Salmant. ponuntur.

²⁶) Gobat, *tr. 3, n. 775*, opinionem hanc probabilem esse existimat.

Pasqualigo et Aversa dicit consecrandum esse aliud vinum quando prudens adest du-
biūm^{a)}; nisi diu alia materia esset exspe-
ctanda^{e)}. Vide dicta n. 206, v. *Quoad*.

« 2º. Si celebrans post consecrationem deficiat. — Tunc enim tenetur alias, etiam non jejunus, si jejunus haberet nequeat, perficere.

« 3º. Si post consecrationem etiam unius speciei recordetur se non esse jejenum: tenetur enim pergere. — Immo etiam potest pergere, si ante consecrationem recordetur, et absque scandalo et nota non possit desistere, v. gr. in solemnī Sacro; ut docent Suarez, Coninck, etc. « Si tamen privatim celebret, et commode possit abrumpere, tenetur; uti ex S. Thoma^{f)} docetur communiter ». — Vide dicta n. 262, *Dubit. 1*.

« 4º. Si post ablutionem sumptam, licet diu communionem distribuerit^{g)}, sumenda sunt reliquiae etiam grandiores consecratae eodem Sacro ». [Ut Salmant.¹ cum Coninck, Suarez, Palao, Laymann^{h)}, Bonacina, Vasquez, etc. Vide dicta n. 251]. — « Quod addo, quia non licet tunc sumere particulas alterius sacrificii quae sunt in ciborio, ad illud expurgandum; ut docent Suarezⁱ⁾, card. de Lugo^{j)} cum communi (licet contrarium probabile dicat Tamburinius^{k)} ex Marchino^{l)}: « ut nec ejusdem sacrificii, si illud plane

« sit absolutum, et ab altari recesseris. « Sed debent servari, donec sumantur a jejunio (Escobar⁴, Fagundez, etc.); quia convivium jam finitum est. — Nisi tamen aliud suadeat periculum indecentiae, v. gr. si plures Missae eodem die istic futurae non essent, et Sacramentum asservari non soleret: tunc enim minore irreverentia sumeret, quam asservaret. Immo card. de Lugo^{j)} et Grana-
do non damnant sacerdotem, qui prius quam sacras vestes exuat, particulam inventam absumit, eo quod non sit com munio nova, sed complementum praecedentis. Vide Bonacina, card. de Lugo⁵, Escobar⁶.

« 5º. Si pars hostiae, post ablutionem sumptam, calici aut palato adhaereat (quae decentius nova ablutione quam digito propellitur, ut docet Bonacina ex Filliuccio et aliis; quamvis Missale etiam permittat ut digito attrahatur ad labium calicis, et sumatur ante ablutionem). — Quomodo etiam ii excusantur, qui ex devotione hostiam in ore diu retinentes, casu praemittunt aliquid ablutionis: sponte tamen id non licet, nisi bona fides et sancta simplicitas excusat.

« Ratio horum omnium est, quia talis sumptio moraliter censetur completio unius sacrificii. — Reginaldus⁷, Bonacina⁸.

^{a)} Tract. 3, part. 8, cap. 3, num. 19. — ⁴ Tr. 7, exam. 6 cap. 5, v. *Post Missam*, (al. n. 75). — *Fagund.*, de 3º Praec. Eccl., lib. 3, cap. 5, num. 30. — *Jacob. de Granado*, in 3º, controv. 6, de Euch., tr. 10, disp. 8, num. 11. — *Bonac.*, disp. 4, qu. 6, punct. 2, num. 13. — ⁵ Disp. 15, n. 82. — ⁶ Loc. cit. — *Bonac.*, loc. cit., n. 12. — *Fill.*, tr. 4, cap. 8, n. 239. — ⁷ Lib. 29, n. 123. — ⁸ Disp. 4, qu. 6, punct. 2.

Pasqual., de Sacrif. Miss., qu. 301, num. 5 et 6. — *Aversa*, qu. 11, sect. 16, v. *Secundo*. — *Suar.*, disp. 68, sect. 6, v. *Primus casus*. — *Coninck*, qu. 80, art. 8, n. 64. — ¹ Tr. 4, cap. 7, n. 80. — *Coninck*, loc. cit., n. 65 et 66. — *Suar.*, loc. cit., v. *Secundus casus et seqq.* — *Palau*, tr. 21, punct. 13, num. 19 et 20. — *Bonac.*, disp. 4, qu. 6, punct. 2, num. 13 et 14. — *Vasq.*, disp. 211, cap. 5, a num. 50 ad num. 56. — ⁹ Method. expedit. Commun., cap. 2, num. 38. —

^{a)} Pasqualigo id dicit de casu quo « valde probabiliter » dubitatur.

^{e)} Limitationem istam ponit Croix n. 536; Pasqualigo autem eamdem habet loc. cit., sicut et Aversa, loc. cit., v. *Quinto*.

^{f)} Ex S. Thoma, qui, 3 P., qu. 83, art. 6, ad 2, absolute scribit: « Tutius reputarem... quod Missam inceptam desereret, nisi grave scandalum timeretur ».

^{g)} Salmant. non loquuntur de casu quo communionem diu distribuerit, licet auctores ab iis citati, Laymann excepto, id habeant.

^{h)} Laymann, lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 22, limitat: « Si facile asservari non possint ».

ⁱ⁾ Suarez, disp. 68, sect. 6, v. *Ad primum*

respondeatur; Lugo, disp. 15, n. 81, negant id fieri posse regulariter; secus vero esse ajunt, si decenter servari nequeant illae particulae.

^{j)} Lugo, loc. cit., n. 82, ita scribit: « Dices: ergo sacerdos poterit etiam finita Missa, et reversus ad sacristiam consummare adhuc idem sacrificium, et sumere particulas vel fragmenta quae remanent ex iis quae consecravit. Respondeo: si fragmenta illa non possint commode servari nec dari alteri sacerdoti celebraturo qui eas sumat, posse quidem ab eodem accipi propter reverentiam sacramenti: alias non posse, quia jam censetur finita prior actio ».

Licet dare aegro particulam simul cum ablutione.

Dicunt Suarez, Silvester^{k)}, Angelus^{l)} et Filliuccius, apud Salmant.¹; et Croix² cum Tamburinio, licitum esse dare aegro minimam particulam simul cum ablutione, si ob siccitatem nequeat illam deglutire; immo Pater Zaccaria apud Croix³ refert hanc fuisse consuetudinem monachorum Cluniacensium. Praeterea, licite datur etiam sano ablutio aquae aut vini, ut possit deglutire particulae fragmenta quae ori haeserint, ut tradit Benedictus XIV⁴, utque pluribus in locis mos habet: eo quod, ut communiter docent Lugo⁵, Palau⁶, Holzmann⁷, Croix⁸; et Salmant.⁹ cum Suarez, Vasquez, Coninck, Laymann¹⁰ et Bonacina, quamvis ablutio prius deglutiatur quam hostia vel hostiae fragmenta, hoc non obstat jejunio. — Ratio, quia violatio non censetur moraliter communionem praecessisse: praecepsum enim jejunii est, ut ante Eucharistiae sumptionem nihil sumatur; quando autem una cum ablutione simul sumitur Eucharistia, tunc totum illud ex ablutione et particulis sumitur unica sumptio: unde bene verificatur violationem jejunii communionem non praecessisse. Et ideo in die Parasceves instituit Ecclesia ut simul cum vino sumatur particula consecrata in die praecedenti; atque in rubrica Missalis¹⁰ dicitur, si particula haereat calici,

Suar., disp. 68, sect. 6, v. *Secundus casus*. — *Fill.*, tr. 4, cap. 8, n. 239, i. f. — ¹ Tr. 4, cap. 7, num. 81. — ² Lib. 6, part. 1, num. 611. — ³ *Tambur.*, Method. expedit. Commun., cap. 5, n. 21. — ⁴ Lib. 6, part. 1, n. 600. — ⁵ De Sacr. Miss., lib. 2, cap. 22, num. 1; (al. sezione 1, cap. 21). — ⁶ Disp. 15, num. 79 et 83. — ⁷ Tr. 21, punct. 18, n. 21. — ⁸ De Praec. Eccl., n. 75. — ⁹ Loc. cit., n. 573. — ¹⁰ Tr. 4, cap. 7, num. 81. — *Suar.*, disp. 68, sect. 6, v. *Secundus casus*. — *Vasq.*, disp. 211, cap. 5, n. 49 et 58. — *Coninck*,

posse vinum infundi, et eam sumi; adiunctaque Lugo¹¹ et Salmant.¹², posse iterum vinum infundi usquedum particula sumatur.

Ex quibus omnibus, Lugo vocat falsam, opinionem illorum qui dicunt hujusmodi sumptio frangi jejunium. — Saltum omnes concedunt, hanc fractionem non obstare jejunio ab Ecclesia pracepto.

^{289.} — « Unus casus est in metu mortis: ad quam evadendam, sicut sine altari, vel calice consecrato, aut vestibus sacris; ita etiam non jejunum posse celebrare docet Diana¹³ cum Silvestro, etc.: dummodo celebratio non exigatur in contemptum religionis, Ecclesiae vel eius praceptorum ».

Quod ob metum mortis liceat post cibum celebrare, secluso contemptu, plures DD. admittunt. Praeter Silvestrum et Diana (ut supra), id concedunt etiam Viva¹⁴, et Salmant.¹⁵ cum Ochagavia.

Sed celebrare sine vestibus sacris vel sine altari^{a)}, verius id nunquam est licitum; cum sit intrinseco malum, ob irreverentiam quae sacrificio inferretur (vide dicenda n. 377, *Dubit. 2*): neque ad dandum viaticum; ut recte docent Benedictus XIV¹⁶; et Lugo^{b)} ac Dicastillus apud Croix¹⁷ contra Jordanum^{c)}. — At dices: cur propter metum mortis licebit cele-

qu. 80, num. 65 et 66. — *Bonac.*, disp. 4, qu. 6, punct. 2, n. 12. — ¹⁰ De Defectib., tit. x, n. 8. — ¹¹ Disp. 15, n. 85. — ¹² Tr. 4, cap. 7, num. 81. — ¹³ Part. 3, tr. 6, resol. 48, v. *Secundo*; et part. 5, tr. 3, resol. 39. — *Silvest.*, v. *Eucharistia II*, n. 10, v. *Quantum vero ad excomm.* — ¹⁴ De Euch., qu. 4, art. 8, n. 9, v. *Quartus*. — ¹⁵ Tr. 4, cap. 7, n. 82. — *Ochagav.*, de Euch., tr. 2, qu. 12, n. 15. — ¹⁶ De Sacr. Miss., lib. 3, cap. 7, n. 1. — *Dicast.*, tr. 4, de Euch., disp. 9, dub. 16, n. 329. — ¹⁷ Lib. 6, part. 1, n. 611.

^{b)} Lugo, disp. 20, n. 67, negat Pontificem unquam licentiam concedere ad sacrificandum sine altari consecrato. Et n. 98, de vestibus sacris disserens, quaerit: « An... in casu necessitatis liceat celebrare absque aliquo ornamento ex levioribus, vel cum eo non benedicto...; negant plures; alii affirmant..., qui quoniam multi sunt, non audeo condemnare eum qui ita faceret ».

^{c)} Jordanus plane cum ceteris tenet, quidquid dicat Croix; nam, lib. 3, tit. 3, n. 34, ait: « Sublimata 2, ut non liceat sacerdoti non jejunio conficerre ad effectum communicandi infirmum ». Et n. 35: « Sicut etiam nec sine vestibus sacris adhibendis in celebratione, juxta consuetum Ecclesiae morem ».

^{k)} Silvester, v. *Eucharistia II*, qu. 9, § *Octavum*; Angelus, v. *Missa*, n. 20, non loquuntur de aegrotante, quidquid dicant Salmant., sed de casu simili, scilicet de sacerdote celebrante, quando particula in calice remansit.

^{l)} Laymann, lib. 5, tr. 4, cap. 6, n. 22, asserit sacerdotem posse, quamdiu sistit in altari, sumere sui sacrificii reliquias, quia hoc ad unum idemque sacrificium pertinet; quod his verbis denique confirmat: « Ex eo quod neque calicem totum a sacerdote omnino jejunio hauriri contingat, cum in prima ablutione semper aliquid remaneat vini consecrati, quod una cum non consecrato bibitur ».

^{289.} — ^{a)} De altari non loquitur Benedictus XIV.

^{Metu mortis, liceat celebrare sine vestibus sacris post cibum.}

^{Secus, celebrare sine vestibus sacris vel altari.}

brare sine jejunio, et non licebit sine vestibus sacris? Procul dubio huic difficultati non inveni responsum omnino adaequatum. Tantum responderi posset quod praeceptum celebrandi cum vestibus sacris est adeo rigorose acceptum ab Ecclesia, ut in nullo casu dispensasse sciatur; et propterea vestes reputantur ut quid intrinsecum cultui tanti sacrificii^{a)}. Praeceptum autem jejunii non ita rigorose accipitur; cum in pluribus casibus Ecclesia permittat communicare non jejunis, prout dictum est ex n. 284.

Post ci-
rum, non
requiritur
somnus nec
digestio.

Hic ultimo advertendum, quod si quis post comedionem non dormierit vel non sit digestus, respectu ad praeceptum jejunii bene potest communicare; ut dicunt Suarez¹, Juenin²; et Bonacina³ cum Navarro, Soto, Reginaldo, Filiuccio, Henriquez et alii communiter (contra Panor-

mitanum^{e)}, etc. apud Concina⁴). Caeterum quandoque convenit talem a communione abstinere propter animi torporem; ut recte dicunt [Contin.] Tournely^b et Concina^c, ex D. Thoma^d, ubi sic docet: *Nec refert utrum post cibum vel potum assumptum dormierit, aut etiam digestus sit, quantum ad rationem praecepti. Refert autem, quantum ad perturbationem mentis quam patiuntur homines propter insomniatem vel indigestionem: ex quibus si mens multum perturbetur, homo redditur ineptus ad sumptionem hujus sacramenti.* — Hoc tamen puto non procedere, si vigilia vel indigestio provenierit ex causa naturali, aut rationabili et honesta; nec si homo conetur turbationem illam repellere faciens quantum in se est, ut devote accedit: prout diximus de eo qui pollutionem est passus. Vide n. 272, in fine.

Limitatio
ex conve-
nientia.

ARTICULUS III.

QUAE ET QUANTA SIT OBLIGATIO SUMENDI EUCHARISTIAM.

290. *An communio in adultis sit necessaria necessitate medii* (Vide etiam dicta n. 192). — 291. *An et quando quisque in periculo vitae teneatur sumere communionem*. — 292. *Quid agendum in periculo vomitus, vel in casu delirii*. — 293. *An pueris ministrandum viaiticum* (Vide alia notanda apud Busenbaum). — 294. *De obligatione communicandi*. — 295. *Quando obliget praeceptum divinum, et quando ecclesiasticum*. — 296. *Dub. 1. Quomodo computandus annus obligationis*. — 297. *Dub. 2. An qui non communicavit in Paschate teneatur communicare quamprimum. Quid, si quis ad implendum praeceptum paschale, praevidentis impedimentum, communionem anticipavit*. — 298. *Dub. 3. An qui non potest communicare in Paschate teneatur praevenire*. — 299. *Dub. 4. An teneantur fideles tollere impedimentum, ut communioni paschali satisficiant*. — 300. *De obligatione communicandi in parochia*. — *An eximantur sacerdotes, peregrini, famuli religiosorum. An alii, ex consensu pastoris*. — 301. *De obligatione puerorum communicandi in Paschate*. — *Qu. 1. An pueri teneantur aut possint communicare statim post usum rationis. Dub. 1. Qua aetate censeantur obligati ad communionem. Dub. 2. An infantibus sit danda communionis articulo mortis*. — 302. *Qu. 2. An possit ministrari communionis amentibus*. — 303. *Qu. 3. An semifatuis, mutis, surdis et obsessis*.

Eucha-
ristia, neces-
saria nec-
sitate pra-
ceptum divini

290. — « Resp. I^o. Sumptio Eucharistiae fidelibus adultis est necessaria nece- sitate non medii»; [At vide dicta n. 192,

v. Secunda] — « sed praecepti divini, obli- gantis tum in articulo mortis per mo- dum viatici, tum etiam saepius in vita;

tr. 4, n. 237. — *Henrig.*, lib. 8, cap. 49, i. f. — ⁴ De Euch., dissert. 1, cap. 11, § 3, n. 15. — ⁵ De Euch., cap. 6, art. 2, sect. 1, paulo ante qu. 2, n. 3. — ⁶ De Euch., dissert. 1, cap. 11, § 3, n. 15. — ⁷ P., qu. 80, art. 8, ad 5.

^{a)} Attamen S. C. de Propaganda Fide facultatem, ad decennium duraturam, die 30 Novembr. 1828 concessit vicariis apostolicis Si- nensis, ut possent missionariis sibi bene visis licentiam dare celebrandi sine solitis utensilibus et sine sacris vestibus, vel cum aliqua tantum ex magis necessariis, ubi cete-

rae haberi non possent; idque praesertim ubi necessitas urget Eucharistiam populo aut infirmis dispensandi.

^{e)} Panormitanus citatur quidem simpliciter a Concina; sed revera, in cap. Ex parte, n. 4, de celebr. Missar., distinguit somnum a digestione: « Quis dicitur jejonus post dige-

« ut docent Suarez, Vasquez, Laymann, Fagundez^{a)} et alii communiter. Pro- bantque, tum ex Scriptura, tum ex con- cilio Nicaeno^b et Tridentino^c, tum ex praxi Ecclesiae; tum quia Eucharistia est instituta per modum cibi, cuius usus saepius est necessarius. — Bonacina^d.

« Unde resolves:

291. — « Quisque fidelis in periculo vitae, quod praevideat vel merito timet, v. gr. in gravi morbo, ante conflictum, vel puerperium, praesertim primum, ante navigationem, etc., tenetur sub mortali communicare. Suarez, Vasquez^e. [Ita Elbel^f, Antoine^g; et Roncaglia^h cum Tamburino et communi]. — « Nisi tamen paucis, v. gr. octo diebus ante communica- nicasset. Talis enim communio censemetur habere rationem viatici; ut docent Suarez, Reginaldus, Filiuccius: contra quosdam, ut Gasparum Hurtadumⁱ, etc. (apud Escobar), qui dicunt eum qui mane communicavit, si a prandio incurrat periculum vitae, teneri iterum sumere communionem, tamquam viaticum ». [Vide dicta n. 285, *Dubit. 3*]. — « Immo Sa et Silvester^j, Fumus, etc., et Cajetanus^k, putant non esse saltem mortale communionem omittente: dummodo in Paschate sumpseris ». [Vide dicenda n. 297, in fine, v. *Dicit*].

^{a)} *Suar.*, disp. 69, sect. 3. — *Vasq.*, disp. 214, cap. 2; et cap. 3, init. — *Laym.*, lib. 5, tr. 4, cap. 5, n. 2. — ¹ Disp. 4, qu. 7, punct. 1, n. 8. — *Suar.*, loc. cit., v. *Dico 1*, et probat. — ² Loc. cit., cap. 1 et 2. — ³ Confer. 15, de Sump. Euch., num. 131; cf. n. 106 et 107. — ⁴ De Euch., cap. 2, qu. 1, resp. 1, ad 2. — ⁵ De Euch., cap. 6, qu. 3, resp. 1. — *Tambur.*, Method. expedit. Commun., cap. 5, § 1, n. 2. — *Suar.*, disp. 69, sect. 3, v. *Rogabis*. — *Regin.*, lib. 29, n. 65, v. *Secundum est*. — *Fili.*, tr. 4, cap. 2, n. 48, i. f. — ¹⁰ Lib. 6, part. 1, n. 552. — ¹¹ Tr. 4, cap. 8, n. 14. — *Zambr.*, Decis. cas. tempore mortis, cap. 3, de Euch., dub. 4, num. 5. — ¹² Lib. 6, part. 1, n. 554.

292. — « 2^o. Si in aegro esset periculum vomitus, docet Sanctius apud Diana^a, posse ei parvam particulam dari, quae stomachum alteratura non putetur; aut si de hoc ipso dubium sit, securitatis causa prius dari particulam non consecratam: quam si rejiciat, nullo modo dandam consecratam; secus, si retineat. Si vero independenter a cibo perpetuo evomat, nullo modo dandam: nisi forte per sex saltē horas liber a vomitu fuisset^b ».

Quid ser-
vantur in
timore vo-
mitus.

In dubio an sumens sit particulam vomituras, probabilius dicit Croix^c cum aliis communius, non esse licitum communicare, contra Tanner^d, Gobat^e, etc.; quia reverentia sacramenti preferri debet utilitati infirmi. — In casu autem delirii censemtent Salmant.^f cum Zambrano, esse optimam praxim, ut detur infirmo antecedenter particula non consecrata ad experiendum si decenter possit inde sumere Eucharistiam.

Si vero aeger tussi vexetur, potest communicare. Quia, licet phlegma quod ejicit, plerumque e pectore ascendat, non est tamen periculum rejiciendi sacras species: cum via per quam sputa tussiendo exutiuntur non sit oesophagus (seu via cibi et potus ad stomachum), sed est aspera arteria (seu via respirationis ad pulmones). Ita Croix^g cum Palau^h

Tussis
raro impe-
dit.

stum cibum: ideo necessario non requiritur dormitio. Potest ergo sacerdos celebrare de mane, licet nocte praecedenti post coenam non dormierit, dummodo digestio sit perfecta ».

290. — ^{a)} Fagundez, de 3^o praec. Eccl., lib. 1, cap. 3, n. 4 et 6, asserit hoc praeceptum obligare saltem in articulo mortis etiam iustos ».

^{b)} Concilium Nicaenum, can. 13, (apud Labbe, tom. 2, col. 46); Tridentinum, sess. 13, de Euch., cap. 6, jubent ut infirmi sacra Eucharistia reficiantur.

292. — ^{a)} Si vomitus per sex horas cessaverit, judicabit medicus an possit dari Eucharistia; si vero medicus non adsit, posse dari

viaticum, juxta Joannem Sanchez; et ita etiam a Diana refertur ejus doctrina.

^{b)} Tanner citatur utique a Croix uti refert S. Alphonsus; re tamen vera, disp. 5, qu. 8, dub. 4, n. 67, negat tantum ullo morbo communionem impediri, « nisi qui sit conjunctus cum morali et probabili periculo vomitus ».

— Gobat autem, tr. 4, n. 163, vult primo faciendum esse experimentum in dubio, dando scilicet hostiam non consecratam; et « si omnibus consideratis adhuc dubites, utrum sit necne revomituras species sacramentales, praebet nihilominus ».

^{c)} Palau videtur a Croix citari pro alio quodam asserto, quod Palau habet tr. 21,